Lwowska Narodowa Naukowa Biblioteka Ukrainy im. W. Stefanyka.

Odział Rękopisów

Zespół (fond) 4

ZBIÓR RĘKOPISÓW BIBLIOTEKI BAWOROWSKICH

Dział 1

207. Processus judicarius z końca XVII i z początku XVIII w. Wzory rozmaitych pism i czynności sądowych. W końcu rozmaite pisma wierszem i prozą.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бак 207

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бав. 207

Processus Judiciarius.

Dodane pisma rozmaitey treści.

N. 207. II. e/18.

III D 2

K
x
N
G R
KRÓLÓ
w

KRONIKA

X. ZELNERA

I

NAPISY GROBÓW KRÓLÓW POLSKICH

W KRAKOWIE.

ZYGMUNT I.

Drzeworyty tu użyte, są z wieku XVI., z dzieł J. L. Deciusza przy Miechowicie z r. 1521., i J. Bielskiego r. 1597.

Processus Judiciarius.

Wzory rozmaitych pism i czynności sądowych,
w końcu dodane pisma wierszem i prozą
rozmaitey treści.

BIBLIOTEKA
FUNDACYI
HR. BAWORowskiego

Processus Iudiciarius
De Iudiciis

Qui student Iure, experientibus debitum praestare patrocinium ac in negotiis forensibus cum laude vexari, imprimis id incumbere debent ne sint Iudiciorum Ignari, nempe quae definitiones, quae diuisiones, quae genera sint eorum, quae causae Vniuscuiusque Iudicii propriae, ne si ad incompetens iudicium aduersarius euocetur & desiderio frustretur Actor, & poenam luat

Quid est Iudicium?

Est actus Iurisdictionis legitimae, ex Iudice & Actore, & reo constans.

Quotuplex est Iudicium?

Duplex?

Criminale: cuius poena mors, aut iactura famae aut fortunarum & huius est finis Vtilitas publica non solum priuatorum. Expedit enim Reipub. crimina non esse Impunita

Ciuile! quod cina facultates versatur, & ad Vtilitatem Iurae Experientium spectat.

Criminale Iudicium Rursus? Duplex.

Publicum! cuius persecutio cuilibet competit et populare dicitur quo cuiuis ex populo agere licet, ut de Criminibus laesae Maiestatis, Perduellionis, & aliis in Statuto descriptis.

Priuatum! quod ei cuiuis interest competit et ex priuatorum Iniurij proficiscitur

Quot sunt Genera Iudiciorum?

Sedecim Praecipua!

1. Comitiorum Generalium Alia Criminalia
Ciuilia

Criminalia Alia Publica
Priuatorum

Publica, ad cuiuslibet delationem Instigatore Accusante, haec sunt.

1. Crimen laesae Maiestatis, quod in personam solum Regis committitur machinatione, conspiratione, uiolento conatu, & quod absit ipso facto. Tum si quae criminibus laesae Maiestatis sint Iure adaequata, Vt terrae Sandomirien donationis, vel super eam Inscriptionis suscepcio.

2. Crimen Perduellionis

BIBLIOTEKA FUNDACJI W. HR. BAWOR...

Ind.° Crimen Perduellionis: nempe factæ conspirationis cum hostibus contra Rempublicam: arcanorum concreditorum, vel Aniis proditio pactorum & fœderum cum finitimis initorum conuulsio: rebellionis ad factum deductio: ac re ipsa declarat vel aliud quodlibet facinus contra Rempubl: commissu, ut Aniu finitimarum tempore Interregni alicui piam proditio non electo.

3.° Crimen Peculatus: ut furtum Thesauri Regis vel Reipbl, falsæ monetæ priuatim percussio, mala tractatio seu Interuersio Prouentuum Reipbl. alicui concreditorum, impeditio per quemlibet thesaurarij & deputatorum, quo minus iuxta constitutionis præscriptum Quartam expedire, & pro usu Reipblæ conuertere possint: & alia id genus detrimentum publicum Inferentia

4.° Violatores Comitiorum generalium, siue particularium Iure indictorum, tumultuum Auctores. His adduntur: Successio Poloni post Polonum, vel Lithuani post Lithuanum in Capitaneatum Liuoniæ honorum vel dignitatum vel Aniorum ab extraneis obtentio. nec post admonitionem Spontanea Omissio & alia simili modo Rempbl. Afficientia

Priuatorum hæc sunt.

Homicidia: Venenorum propinationes, iniuridica punitio Capitis sibi æqualis, incestus, adulteria, raptus, violatio Tribunalis Iniuriæ in Parentes commissæ, receptatio bannitorum in Comitiis periuria, calumniæ, falsi crimen, famosi libelli, Sponsio fidei nec ejusdem datæ liberatio, nobilitatis & Insigniorum cognitio & abjudicatio: quanquam ad tribunal hæc eam Causa Spectat, Violentiæ, Cracouien, Posnanien, Leopolien, Varsauien Præmyslien Crosnen Ciuibus factæ.

Ciuilia Alia Instigatoris Regij
Priuatorum

Instigatoris Regii hæc sunt

De bonis Mensæ Regiæ excitatione vel remissione Tribunalis siue Curiæ, siue Commissorialis Judicij, de bonis nullo Iure receptis de Summis in bonis Regiis asseuratis, de Amissione Capineatus ob non Solutionem Quartæ, de Salisfodinarum Corruptione, ob Columnarum Subruitionem, de Extorto Teloneo non priuilegiato de confiscatione bonorum, de caducis bonorum nobilium, de bonis Regiæ Maiestati Inscriptis de non comparitione Thesaurarij vel Deputatorum ad Quartam percipiendam

De de Latre Partium

De delatione partium

De delactione Telonei per Nobilem nullum ius ad hoc habentem,
den habitadne Burgrabij in Arce Cauouien ex delado Capitanei
Cauouien, de Negligentia Magistratuum, uel dignitatibus Beni ppl
Identi um, de Appelladne. Siue grauaminibus factis a Comm. Ia
jis in Causis dilimitadnis bonorum Begalium u bonis Nobilium
Priuatorum, uel spiritualia & remissione Tribunalis,
et de Decimis ex bonis Nobilium, de Rep. sanatione templorum
uel Scutana & hdc uel ex Officiis
De faultatibus Iurisdictionu, honoribus & Officijs Terrestribus
pdidentium inter iurisdictiones Cariorum Districtuu de incompa
tibilibus. uel ex officiis Magistratuum Begni
De Negotijs Begijs, uel de graudmine cui fiand facte, et Cancellan,
Vicecancellarij, Mareschalci, Thesaurarij, Exercituum Duus, Magi
stratus, uel dignitatibus terrestribus eminentes in suis terris exer
cendi, quanquam ij ad Tribunalia Judicia ea pertinent. Remil
siones ex Tribunali de Nouo emergenti uel ex pantate Potentum.

I Begia Maiestatis

Alia Criminalia.
Ciuilia.

Criminalia!

Et pote in recenti facto edij, uel multeni, uel tumultus facti, uel
alterius cuiuslibet Violentiæ deprehensorum & captorum ibi, Vi Bo
gia Maiestas cum Curia commorata tum fuerit. Nobilis capti, Vio len
tia inferentis ciuibus, ex remissione pro reformadne ciuium, in uio
lata Statutum. Thomuen in facto Iudem, et pretio procedendum in pe
dio falsue crimine deprehensorum magistratuum Ciuilium ad quam
Iurisdictione pertinentes, uel n pertinentes n dire punitionem

Ciuilia Alia Penes Begia Majestatis

Priuatorum

Et pote de Exemptionibus bonorum Alienis Begijs, de Prouentibus eius
dem cum Conductoribus Teloneorum & Salis Podinarum, uel cui ex Pri
legijs manus adiam Begia Alte. sint concredita, cum Factoribus Con
tributorum, cum Thesaurarijs, Notarijs & Successoribus eorum, de Dri
um de Solado, & Syluarum Exclusione in bonis Begijs, cum Prefectis eius
dem Arcium, de n reddition. rerum secundum Inuentarium, de de
lictis ad Vigilitiam alias ad Kayranos, de damnis datis ob absentia
& negligentia Iudi. Begij defensionis per Capitaneos, in termino

Dilimitationis

dislimitaõnis per Commissarios, & de aliis variis damnis ex simili occasione proficiscentibus: tum de rationibus reddendis, de n̄ connotatis bonis mobilibus in bonis Regalibus, vel n̄ apprehensione in tempore possessionis bonorum Regalium post mortem Capitanei: contra Thesaurarium: contra Spirituales: de commeatu, & operibus debitis Subditorum eorum de vnoquoq; excessu familiæ Regalis: de Caducis Ciuilibus & de omnibus beneficiis a Regia Mtte obtentis, tum de aliis rebus ad Thesaurarium spectantibus.

Priuatorum Alia { Spiritualium / Sæcularium

Spiritualium

De Decimis ex bonis Regiis, de templis & Prouentibus eorum quibus uis in bonis Regalibus

Sæcularium

De differentiis limitum inter possessores ex vtraq; parte bonorum Regalium inter Magistratus Curiæ, de prærogatiuis & potestate: inter Salisfodinarum præfectos, de iniuriis inuicem factis inter exactores Contributionum, contra Instigatorem & delatorem: de euocaõne post curiam: contra Feudales Aduocatos ciues & Subditos: de debitis oneribus subeundis, de iniuriis a Compromissariis ciuibus factis, contra Intercessorem, bona Regalia pro Hereditariis alteri inscribentem Magdeburgen & Culmen causæ.

3tio. Terrestria

Quæ constant ex Iudice, Subiudice & notario Terrestribus deficientes aliquo eorum non possunt celebrari. Hæc de omnibus causis simplicium iniuriarum cognoscunt iuxta expressa Statuti verba. Volumus autem vt liceat vnicuiq; alium quempiam pro quacunq; summa pecuniæ, vel iniuria hæreditaria & personali aut bonis quibuscunq; toties quoties citare ad iudicium Terrestre, ubi citatus parere & respondere tenebitur &c. Sunt autem simplices iniuriæ, quæ nulla consitudine vel priuatorum Consensu extra iudicium Terrestre ad aliud quodpiam iudicium vel officium pertinent

4to. Positionis Actorum Terrestrium

Ad quæ duæ tantum causæ pertinent

1. Ad tollendam summam de bonis obligatis

2. Pro Subdito Profugo. Vnde citaõnes ea formula scribuntur

In eis causis, quatenus coram Iudicio Terrestri, vel positione Actorum Terrestrium legitime compareas.

4to. Capitanealia

5to Capitanealia.

Ad quæ hi Quatuor Articuli Iudicandi præcipue pertinent

1. Violentia Fœminis illata
2. Præda in Via Publica facta
3. Incendium & immissio Ignis
4. Inuasio Domus. Impossessionati, quoq; coram Capitaneo pro qualibet re respondere tenent. Ad hæc eã Iudicia Capitanealia uocantur iure Victi ad banniendum. Falsi eã rei & alieno Unẽ aliquid recognoscentes tum ob n̄ restitutionem arrestatæ rei, Unius Septimanæ Spatio. Capitaneus judicat. Iudicat eã Capitaneus sine strepitu Iuris otiosos, Vagos, fures profugos, siue fugitiuos Subditos, iudicionũ uel conuentuum uiolatores, infames, de Regno proscriptos &c. & id genus

6to. Quærelarum

Quarum hæc sunt Causæ

1. Pro Diuisione
2. Pro Dote
3. Pro Violenta Expulsione
4. Pro pœna trium Marcarum abacti & ad fideiussoriã cautionem n̄ extraditi, Similiter ad forestam regiam intra triduũ n̄ præsentati pecoris
5. Ad Inscriptionem
6. Pro famulo absq; literis testimonialibus a priori Domino obtentis, Suscepto.
7. Pro pœnalibus actionibus, Ut pro pœna Trium Marcarũ pro Vadio Capitaneali Centum Viginti marcarum, ob n̄ factã diuisionẽ
8. Pro Teloneo inique extorto
9. Pro n̄ Soluta Contributione & Fumalibus
10. Pro portatione Pixidum seu bombardarum
11. Quæ pro Executione remittuntur & aliæ priuata lege huc pertinentes causæ

7mũ Succameralia

Quæ de finibus decernunt & bona priuatorum dissimitant

8vo Arbitraria

Cum in Arbitros partes compromittunt eisq; potestatem decernendi de controuersiis inter se intercedentibus dant

9no Tribunalia.

Quæ causas a supra nominatis Iudiciis per Appellationes deuolutas

lutas iudicant: Suntq; Suprema & Vltimæ Instantiæ Subsellia in quibus omnes causæ effectum & finem sortiuntur: tum excessus sub celebratione illorum recenter commissos, tum ex officiis supra nominatos Magistratus ad prosequendas appellationes sive de grauaminibus citatos: tum de Nobilitatis Controuersiis: tum ad Inscriptionem, tum inter Dominum & famulum ex officio, ob n̄ factas sibi mēs de bonis commissis, tum de collusionibus & falso commisso, tum de sessione in turri pro homicidio patrato, deq; n̄ satisfactione sessioni decretæ

Xmi Exercituum Ducis Generalis

Cui data est Constitutionibus potestas in milites animaduertendi, pro grauitate excessus, neq; eius iudicium in disquisitionem a quoquam uocari potest, ne disciplina militaris quæ est firmamentum Reipubl. & quæ antiquitus a Maioribus diligenter & integerrime fuit obseruata, impunitate collabatur

11mo. Commissorialia

Quæ de fundo Regio & priuatorum cognoscunt eumq; dislimitant

12mo. Composita ex Capitaneali & Ciuili.

Vt pote pro violentia per Nobiles in Ciuitatibus facta iuxta Statutum Thorunense.

13tio Mixti Fori.

Quæ ad uaria Iudicia seu officia pertinent: Vt pro iniqua Telonei extorsione, ad Inscriptionem pro diffinitione tam ad Comitia quam ad Iudicia Terrestria: Dominus Seruum ad quodcunq; forum citat ex Offic. pro pœna 102 marcarum contra Negligentem Capitaneum, pro Contributione:

14to Palatinorum

Qui Iudicant Iudæos: Mercatores breuiores pannos uendentes: fraternitates artificum in detrimentum publicum factas: Proconsules, precia rebus imposita a Palatino obseruare n̄ curantes: Locus autē proconsuli præfigitur a Palatino in Prætorio Ciuitatis primariæ sui Palatinatus.

15. Mereschalci Regni

Ex termino tacto in Comitiis: & in Curia Regis.

16to Sub Interregno

Statuunt sibi Iudiciorum mem̄ Palatinatus in Conuentibus suis de quo in Conuocatione Anni 1587 Confederatio facta testatur Tituli autem Citationibus tales a Constitutis Iudicibus præponuntur Nos Proceres Regni &c.

De Citationibus

De Citationibus.

Cum ordo Iudiciorum a citationibus Initium sumat sequitur de Citationibus dicendum

Quid est Citatio?

Est vocatio rei ad Iudicium seu Officium ad experiendum in Iure cum assignatione termini & est Ingressus ad Causam

Quotuplex est Citatio?

Criminalis ad exercendas poenas legum super eo, neque taxa in ea ponitur

Duplex Civilis ad lucrandam rem, in qua damna & taxa ponuntur

Quae sunt Contenta Citationum?

1. Nomen Iudicis
2. Nomen Actoris & rei
3. Tempus
4. Locus comparendi
5. Occasio pro quo
6. Taxa sive valor rei & damna similia taxae. In Criminalibus autem loco taxae & damnorum ponitur sic: Ad extendendas super te poenas legum
7. Vocatio rei ad iudicium hac Formula. Iudicialiter sis ad praemissa responsurus
8. Data de loco & tempore.

Qui Tituli seu Nomina Iudicum civilibet Citationi serviunt

Ad Comitia, & post Curiam Regni, integer Titulus Regis praeponitur similiter & ad Tribunal.

Ad Iudicium Terrestre non integer Titulus Regis sed tantum Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniae &c.

Ad Iudicium seu Officium Castrense Titulus Capitanei iste: Vigore Regio & Nostra qua hac in parte fungimur Authoritate.

Ad Officium Succamerarii ad Campum, titulus ipsius Succamerarii

Ad Commissarios, titulus Commissariorum: sed tamen hae citationes ad Succamerariorum & Commissarios per Verbum: Innotescimus scribuntur.

Ad Palatinum Titulus Palatini & Capitanei isti enim duo, de non observatis constitutionibus iudicant cives

Quae sunt tempora ponendarum Citationum?

Ad Comitia, ob Crimen laesae Maiestatis & Perduellionis, vel pro Exemptione bonorum Regalium sex Septimanis ante terminum.

Observatio.

Observatio

In his autem Criminibus Regiæ Magestatis & perduellionis isto tempore, relat positarum citationum est facienda, quo sint citationes positæ in particularibusq Comitiis generales proximæ præcedentibus, tales citationes publicandæ

Pro cussione falsæ Monetæ, quatuor Septimanas ante terminum

In Priuatorum causis, quatuor Septimanis Ante terminum

Commissariorum Innotescentiæ, ex parte dissimitandorum bonorum Regalium & Priuatorum, duabus Septimanis ante terminum

Ad Capitanealia Iudicia: in criminibus duabus Septimanis: In Ciuilibus dna Septimana ante terminum

Ad Iudicia Terrestria Vna Septimana ante terminum

Ad Iudicium Castrense, Siue Querelarum Vna Sepmna ante terminum

Ad Tribunal, duabus Septimanis ante terminum

In citatione reali, Vulgo facionata, terminus unæ Septimanæ præfigitur coram Capitaneo in Castro.

Scribendum in Vnaquq citatione cum de tempore Agitur (proxima die) alias inordinata erit citatio. Tempus intelligitur hoc loco positæ citationis, non datæ in citatione Scriptæ

Loci ponendarum citationum

1. Contra Possessionatum in fundo ei jurisdictioni, ad quam uocatur, Subiecto.

Observatio

Si plures Sint compossessores fundi, in quo ponitur citatio, vel ad eundem fundum quocunq modo plures pertineant, Scribendum est in citatione (Iuribus & inscriptionibus aliarum personarum ibidem nihil nocentibus) In hæreditate uero deserta inserenda Citatio in lignum, & terræ affigenda est, in Villaq vel in Parochia, Vicinori ad notitiam deducenda

2. Contra Impossessionatum, Vel ibi commoratur ponenda, vel in manus illi tradenda. Si uero ignoretur de Possessione talis clausula Scribenda: Si es possessionatus tanquam possessionato: Si uero n possessionatus tanquam impossessionato, de cuius possessione constat

In quibus Citationibus taxa n ponitur

1. In Criminalibus
2. Pro exemptione bonorum
3. Pro finibus in limitibus faciendis
4. Pro Expulsione
5. Pro Diuisione

6. Ad Prae

6. Ad Prosequendam Appellationem

7. Ex Officio pro grauamine. Interdum tamen hic ponitur, sed tunc non erit terminus primus peremptorius

Quot sunt Species Citationis?

Tres: Adcitatio, Concitatio, Innotescentia

Quid est Adcitatio?

Est qua post mortem Antecessoris, ab eo qui successit in Ius eius, adcitatur reus ad paratam citationem, cui nondum venerat terminus hac forma Qui te adcitat, alias przypozywa ad paratam Citationem Nobilis olim N. antecessoris sui, qua te praefatus N. antecessor suus citauerat, videlicet pro eo (essentia citationis inserenda) Haec autem ita dilucide ponenda, ut intelligi possit in quo puncto Causa stetit & pro quo uertitur. Ad haec si qui terminus ex eiusmodi ultima Citatione, siue concitatione, siue adcitatione, siue Innotescentia est obtentus exprimendus est Nempe: Tum ad paratam citationem termini ex eadem citatione obtenti seu ad paratum decretum &c. ut processus stetit. Et concludatur. Et quoniam praefata Actio eidem N. Actori competit tanquam successori legitimo memorati N. Ideo ad praemissa praedicti N tanquam successoris legitimi iudicialiter sis responsurus Si uero in Contumaciam aliquid est obtentum: Scribendum: Ad paratum decretum Vadiorum triplicatorum. Et concluderem Citat te ad uidendum ipsum procedere ad Ulteriores gradus Iudiciarios.

Obseruatio.

Quando uero moritur Antecessor, causa instituta & non finita adcitatio Scribitur: Ad paratam causam & Actionem, nec Infrascriptorum in Iudicio N. institutam ad omnesque Actus iudiciarios olim Antecessoris sui ad eumque punctum in quo causa morte ejusdem N. stetit indecisa

Ad quas alias causas fit Adcitatio?

1. Ad terminum translapsum, siue translapsam citationem

Quid est citatio translapsa?

Est quae non attentatur & omittitur ab Actore in termino

Quid est Terminus Translapsus?

Est qui non attentatur & desertatur

2. Ex tranfusione Iuris in aliquem

3. Ad prosequendas Appellationes tam contra Iudicem quam contra partem adhaerentem

4. Pro grauamine & male iudicato ad cassandum decretum

Quid est Con

Quid est Concitatio?
Est quæ fit post lucrum obtentum?
Observationes

1mo. Ut damna lucrez actor necesse est in concitatione exprimatur, ad videndum & audiendum Jurari super damna, in citatione & Concitatione expressa. Etenim hoc est emolumentum Concitationis Ut si in termino illius, citatus in Contumaciam condemnatus sit n' opus sit Actori Jurare de damnis; si vero comparuerit Citatus Actor ad instantiam eius, damna Juramento probare tenebitur quod extra citationem n' possit obtinere.

2. Cum de damnis agitur, vadia & damnorum taxæ triplicantur

Quid est Innotescentia?
Est quæ a Verbo Innotescimus sumpsit denominationem
Quod sunt Innotescentiæ?
Duæ: Una pro Interponendis, secunda pro decernen' Vadiis triplicatis
Observationes.

1mo. Ut ordinata sit Innotescentia opus est de Nomine Ministerialem denominare, qui fecit relationem n' admissæ intromissionis

2nd. Innotescentia decernendorum Vadiorum necesse est, fit ex declaratione Actoris Jure Vincentis ab Instigatore Officij, alias inordinata erit citatio.

3tio Citationes Castrenses ad querelam ab eodem Verbo Innotescimus incipiunt. Similiter Innotescentiæ commissoriales

Quid ex Citationibus provenit? Termini:

DE TERMINIS

Quid est Terminus?
Est locus & tempus præfixum comparendi in Judicio
Gradus terminorum & quid in quolibet obtinendum?

Primus terminus est, qui ex prima citatione provenit, hic n' est peremptorius, sed contumacia duntaxat in eo, contra n' Comparentem reum obtinetur

Formæ contumaciæ contenta

1. Nomen Actoris & rei
2. Occasio
3. Ministerialis acclamatio
4. Terminus positus peremptorius
5. Admissio Judicii
6. Condemnatio in pœna contumaciæ

Exceptio

Exceptio

Sciendum est, exceptas esse non nullas causas in quibus termini ponuntur peremptorii

1. In Criminibus lesæ Mattis & Perduellionis
2. Ad Inscriptionem. Obseruandum tamen, contra Successores, n' esse terminos peremptorios
3. Pro Iniquo extorto Theloneo
4. Pro Subdito profugo
5. Pro Exceptione
6. Pro Noua Administrata Iustitia
7. Actoribus in omnibus causis
8. Euictoribus & Intercessoribus
9. Verbali citatione, seu tacto termino citatis: ut pote ad Curiam Regis & sub celebratione Iudiciorum Tribunalium: Similiter aliorum quorumlibet ob recentem excessum
10. Ob non amota obstacula in fluuiis
11. Propœna contra Ciues den' conseruatione Iuris Poloni, propter vulnera Nobili illata, vel homicidia in ciuitatibus perpetrata
12. Possessoribus bonorum Regalium cum ei Subiectis
13. Curiæ Officiis præsidentibus, siue famulis inter se. Rel. Pr. Ten.
14. Ad prosequendas Appellationes Magistratibus Citatis, cum parte adhærente, & si quas alias causas constitutiones ex Utilitate publica assignauerint.

Obseruatio.

Vnius cuiusq; citationis positio vel Ministerialis relatione coram Actis facta aut Authentice sub Sigillo extracta in termino est deducenda vel habendus Ministerialis, qui recognoscat citationem se posuisse hac die & hoc loco

Secundus Terminus est, qui ex secunda citatione prouenit & est peremptorius, in quo lucrum obtinetur

Quid est lucrum?

Est obtentio desiderij Actoris, secundum Contenta citationis

Formæ lucri in Contumaciam obtenti contentat.

1. Eadem quæ in contumacia, nisi quod hic terminus peremptorius nominatur
2. Citatio tota loco occasionis inseritur
3. Pœna quindecim Marcarum

Quotuplex est lucrum?

1. Solius taxæ fundi: Vt pote in causis simplicium iniuriarum & aliis fundum n' tangentibus

1. Taxæ & fund

1. Fazz & fundi: & in causa violent& occupationis.
2. Vadii & fundi: & in causis diuisionis & violent& expulsionis
Obsemd tamen, quod in causis violent& expulsionis coram Judicio Ter
restri damnorum fazz obtinetur.
4. Pen& & infami& uel capitis & fortunarum, uel alteriꝰ eorum
Tertius terminus Astitus concitatorius, qui ex tertio Citadne. Vel ex
concitadne, ad faciendum pro condemnatis in lucro prouenit, in
eoꝰ Astitio obtinetur.

Form& Astitionis Contenta

Sr. quia in contumaciã additur tamen ex rei oc.ione
1. In termino Astito condemnatio
2. Concitationis integr& petitio
3 Petitio & obtentio intromissionis
4 Addicio ellinisteriales, & Nobilium ad intromittendum
5 Remissio pro executione ad loci Capitaneum

Observationes

1. In Judicio Terrestri hic stat processus postea pro executione remissio
fit ad officium Capitaneale, Vltenoꝰ processus est executionis
2. Quando ex contrauersio lucrum obtinet n est opus concitare ad sa
tisfaciendum pro lucro, Sed statim satisfactio in uim lucri decernitur
3 In termino Astito n prius tenebit Actor causam prosequi contra
comparentem reum, nisi prius lucrum tollat reus.
4. Si quis pretendit seiui ad eã bona habere, in quibus ponuntur
citadnes, debet pro deportadne citadnum agere, antequam ex processu
ad executionem deuenient, nam si tam diu siluerit n potent reus
tionem impedire. Recipitur tamen famina gaudens reformatione
5 Quando in Tribunali fazz decernit n est opus concitare ad satis
faciendum, Sed statim pro interpocendis uadiis triplicatis reus uocat

Exceptio

In causis diuisionis & expulsionis n fit Astitio, sed cum ita lu
crum decernit & in uim lucri decernit diuisio tum citatio datur
ad interponenda uadia triplicata, uadio Capitaneali Primario cor
respondentia.
Quarpus terminus Astitus ex citadne quarto innotescentialiter
tractare uidetur edita, in qua n admittam intromissionis, commi
natio potentis intromissionis & uadium triplicatorum lucro cor
respondentium interpositionis inseritur, in eoꝰ termino Astito Se
cunda interpositionis uadium obtinet & literæ significatoriæ
sub Sigillo Capitanei de interpositione uadium, quæ in bonis
fure Cicti reinquuntur

Formæ Astitionis

Formæ astitionis huius contenta

Ea omnia quæ in priori astitione. Additur tamen ex materia in citatione posita 1. Interpositio Vadiorum triplicatorum

2 Literæ Significatoriæ a Capitaneo de vadio Interpositis, in bona iure Victi deferendæ, ibidemque relinquendæ connumerantur

3. Salua Actio et prosecutio Causæ ulterior contra contumacem reseruatur

Obseruationes

1. Ex Submissione Citati ubiuis processu obtento usque ad Stationem hanc postea in eo districtu, ubi bona citati consistunt, ulterior processus obtinetur Sumptis literis Capitanei Significatoriis hoc tenore: Significamus certa per lucra hunc, uel hunc, super hunc et hunc obtinuisse

2 Post nam quamque contumaciam citati, non admissamque intromissionem, relatio Ministerialis et Nobilium est facienda et Actis inserenda

Quintus terminus Astitus ex citatione quinta Innotescenciali pro decernendis Vadiis triplicatis tam ab Instigatore Officii Castrensis quam a Iure Vincente edita, in eoque Astitio tertia decretorum Vadiorum ac rumatio obtinetur

Formæ Astitionis huius contenta

Eademque in Anterioribus Astitionibus. Adduntur tamen ex occasione citationis materiæ

1. Decretum Vadiorum triplicatorum, quorum medietas Instigatori Officii, medietas Iure Vincenti adiudicatur

2. Additur Vicesgerens, & Ministerialis cum duobus Nobilibus ad rumandum et eiciendum iure Victi, de bonis processu oneratis, tum et ad intromittendum

3. Interponitur pœna bannitionis, ob denegatam rumationem ac intromissionem

Sextus terminus Astitus citationis ultimæ executorialis ad banniendum ab Instigatore Officii, et delatore Iure Vincente, in quo bannitio eiusque publicatio obtinetur

Formæ Astitionis huius Contenta

Eadem quæ in Anterioribus Astitionibus. additur tamen ex occasione et re. 1. Ministerialis ad banniendum deputatio

2 Relatio Ministerialis de publicata bannitione

Breuis Series Processus in Contumaciam

1. Contumacia

2. Lucrum

3. Astitio ter

2. Astitio termini in conitadne ad satisfaiendum pro condemnatis in luco. In hac obtinet. 1. Additio Ministerialis ad intromittendum. 2 Semissio ad loci Capitaneum, sub cuius Iurisdictione bona iure uicti consistunt pro executione

4. Astitio ex citadne, concitadne seu innotescentia pro interponendis Vadiis triplicatis. In hac obtinet. 1. Interpositio Vadiorum 2. Intromissio in eisdem lucris & pertuncis in antenon processu obtentis. 3 Litere Significatorie a Capitaneo ad fure Loci de lucris & pertuncis super illum, bonis q illius obtentis: qui in bonis iure uicti relinquendi: ne de hac prouictione iuris citatus aliquam ignorantiam habere se pretendat.

5. Astitio ex citadne pro decernendis Vadiis triplicatis. In hac obtinet. 1. Decretum uadionum. 2 Cum gerentis ac Ministerialis cum Nobilibus ad uimadnem, intromissionem additio.

6. Ex citadne Vltima ad banniendum. In hac obtinet bannitio, eiusq publicatio.

Quot Sunt Termini Astiti?

Quatuor
1 Cum Satisfactio pro lucro decernit & in uim eiq intromissio
2 Cum triplicata interponuntur
3 Cum decernitur
4 Cum bannitio obtinet

Exempla Superiorum Praeceptorum

Actum redactorum, ad quorum normam alia possunt formari:

Existimauit autem pro debito Sub uadio Inscripto processum in Centumuiam, coram Officio Castrensi ponendum, idq contra Successores sese inscribentis

Prima Citationis Exemplum.

Joannes Zamoyski de Zamoscie Cancellarius Regni et Exercituum Generalis Praefectus, Bessen Mandeburgen Ect Capitaneus. Sibi Nobili Q. filio & Successori legitimo. Nobilis olim Q. hereditarie & Q. de eadem cista & de aliis bonis tuis omnibus ubicunq consistet, Vigore Regio & hui Capitaneali, quo in hac parte fungimur auctoritate. Mandamus ut coram Nobis Iudicio Castren Bessen, in terminis quadrelarum in Castro Bessen, prius post praesentes huius celebrandis, personaliter compareas, ad instantiam Nobilis Q. qui te citat ad inscriptionem terrestrem Bessen a Nobili olim Q. patre tuo recognitam, quae Successores obligauerat mille flor Rumer & monetae Polonic: pro quibus iam citato, Sub uadio Similis Summae ipsi Solutum nec Solutum est: & ideo uadio prenominato Succubuit, pro quo cum Summa Principali persoluendae citat, qui est in bona eius, ejus in ius Successisti, Satisfacturi in termino primo Sadeclaraturq ad quae Judicialiter sis Responsurus. Datum

Datum in Castro Belzen Feria N. Anno N.

Contumacia

Nobilis N. Actor. Nobilem N. citatione literali Castren Belzen citatum ad Inscriptionem Terrestrem Belzen. ab olim Nobili N. patre eius factam, super summam mille florenorum & totidem vadii in defectu solutionis praefatae summae dependendi. Citatione praemissa latius continente, huc ad Officium praesens Capitaneale Castren Belzen per Ministerialem Generalem prouidum N. ter & vltra Iuris commonis formam, quater uocatum & non comparentem, nec ad praemissa respondere curantem, ex admissione Officij praesentis, in termino primo, in poena contumaciae judicialiter ac Officiose condemnauit, iuxta citationem suam primam

Secundae Citationis Exemplum.

Praemissis ut supra usque ad eum locum. Qui te citat. addendum secundo; prout te in termino primo in Terminis Querelarum Castren Belzen ex admissione Officii Nri in poena contumaciae iudicialiter condemnauit, iuxta citationem suam primam, qua te citauerat ad inscriptionem patris tui, Terrestrem Belzen quae se suosque successores obligauerat &c. ut supra

Lucrum.

Nobilis N. Actor citatum N. citatione secunda generali Castren Belzen tenoris talis. Inseratur citatio integra: post citationem uero ita ponendum. Hic ad Officium praesens Capitaneale Castren Belzen per Ministerialem Generalem Regni, prouidum N. ter &, vltra formam Iuris quater, ad instantiam praefati Actoris uocatum & non comparentem, Iuriq ac Officio, nec per se, nec per suum legitimum quempiam plenipotentem parere curantem ex admissione Officij praesentis in suo lucro pro toto iudicialiter ac officiose condemnauit, iuxta suam citationem poena quindecim, alias triu marcarum parti & Officio totidem.

Tertiae Citationis Exemplum.

Praemissis ut supra usque ad hunc locum. Qui te citat: & postea ponendum, & concitat, alias praypozywa, ad soluendum & satisfaciendum, sibi pro his omnibus, pro quibus te in terminis Querelarum Castren Belzen iudicialiter in suo lucro, pro toto condemnauit, iuxta suam citationem, qua te citauerat ad Inscriptionem Terrestrem Belzensem Nobilis olim N. Patris tui, caetera e superi citatione inserenda. Infine autem (pro responsurus) concludatur: Pro his igitur pro quibus in lucro condemnatus es, iudicialiter sis facturus. Datt in Castro &c. &c.

Astitio

Nobilis N. Citatum N. ad Officium Plens Capnedo Belzen contra debitum suum ad Soluendum & Satisfaciendum pro luto, eundem ad Officium præsens per Ministerialem Gnalem Regni honestum N. per Ultra uires formam uocat: Et non comparentem in termino Actito conuitato eo condemnauit, iuxta contradictum suum tenoris talis: inseratur citatio in extenso: postea scribatur: Postquam condemnationem in uim Satisfactionis pro luto petiit sibi addi ipse Actor Ministerialem cum duobus Nobilibus quibus cunq; ad intromittendum ipsum in bona illius omnia et ea quæ sunt decerni. Officium Plens Belzen Castren inhibendo condemnationi et petitioni Actoris addidit ipsi Ministerialem Gnalem Regni, cum duobus Nobilibus quibus cunq; ad intromittendum ipsum in bona citati et Iure victi, omnia in scriptione et processus causæ ipsius onerata in illius luto, per luctis, quæ ipse super eo ac bonis ejus omnibus vnde deberet debiti & Vadii obtinuit. Quam intromissionem nullo modo denegare, imo libere admittere, a domibusq; tam per se, quam per quosuis subministros & subordinatos per bona quæ debebit impedire. Quod si vero decreto huic contraueniendum in aliqua parte fuerit, causa ipsa cum partibus ipsis remittetur ad loci Capneos, sub quorum Jurisdictione bona Iure victi consistunt pro illius executione, juxta formulam processus Judiciary.

Cum decreto hoc ad intromittendum proficiscendum: denegabitur Intromissio, hoc modo fit relatio per Ministerialem & Nobiles.

Ministerialis Generalis Regni prouidus N. de cuius Authentico & functione officii, constat ac N & N coram officio & actis hic Castren Belzen personaliter stantes, sani, publice, ac benevole recognouerunt: quod vigore dicti officij Castri Belzen actitionis termini conuitatory fuerint personaliter in bonis villæ N. Nobilis N. Iure victi sciti N. in eaq; ac in illa omnia. Nobilem N. Iure victorem intromittebant, in illius lucris perluctis quæ ipse super eo et bonis illius omnibus ad inscriptionem Serenissimi Belzen, ab olim patre eius Nobili N. factam, vnde debiti ipso floreni et similis Vadii obtinuit. Sed eam intromissionem famulus Iure Victi nomine ipsius Iure Victi denegauit & non admisit, de quo ab ipso actore contra Iure Victum protestatio extracta et de prosecutione ipsius Causæ. Citatio tandem data Synodalis a Capneo, contra Iure victum de interponendis triplicatis Vadiis.

Quarta Citationis Exemplum

Prædicto Titulo Capnei Supra, loco, Mandamus, Scribendum: quod citetis, Ministerialem Gnalem Regni prouidum N. cum certis Nobilibus

Seruum personæ

Secum personaliter comparentibus, coram Nobis et Officio Nro Capreali Ca
strenn Belzen personalem fecisse relationem. Quomodo dum nuper additus
fuisset ex decreto Officii Nri Astitionis termini concitatorij Nobili N. Actori
iure vincenti, ad intromittendum ipsum in bona tua omnia, ubiuis locorum
consistentia, vigore ipsius perlucrorum super te et bonis tuis omnibus
legitime obtentorum, quorum series et ordo in Actis Nris latius continet
occasione summae 2000 floren et totidem uadij, cui succubuisti, ob non so
lutionem principalis summae 1000 floren coram Actis Terrestribus Belzen
per olim patrem tuum Nobilem N. recognitorum. Extunc tu existens iu
re victus et rebellis, ad requisitionem praefati Ministerialis et Nobilium
intromissionem cum possessione in bona tua, per famulum tuum N. uel
te ipsum non admisisti, quo facto, executio eiusdem perlucrorum nobis
et Officio Nro legitime incumbit. Qua propter tibi Vigore Regio et Nra Ca
preali Authoritate, Mandamus, ut coram Nobis seu Judicio Nro Capreali
Castren Belzen in terminis Officiorum in Castro Belzen feria N. ante
festum proxima celebrandorum, uel dum et quando termini praefati pri
post praefixum tempus celebrabunt, ad instantiam praefati Actoris personaliter
ac peremptorie compareas. Qui te citat ad uidendum et audiendum nos Au
ctoritate Brachii Regalis in uim executionis, praefatam partem iure
vincentem, in bona tua omnia potenter intromitti et uadia triplicata, vi
delicet 6000 floren pecuniae communis, summae debitae et uadio corre
spondentia, den impugnanda eadem intromissione, vadari et inter
poni, ac alia in talibus fieri solitas constitui, alias contumacia tua non
obstante nos ad ea, quae Officio Nro incumbunt, contra te procedemus
seu officium Nrum procedet. Datt Belzen etc. Die etc. etc.

Condemnatio super eam Citationem, seu Inter positio Vadiorum triplicatorum.

Nobilis N. Actor Citatum N. ad judicium praesens, citatione Innotescen
tiali executoriali per Ministerialem Generalem Regni N. ter et ultra Juris
formam quater uocatus neque per se neque per plenipotentem suum compa
rentem in termino eo interponendorum Vadiorum triplicatorum condemna
uit, iuxta suam citationem innotescencialem, tenoris talis. Inseratur citatio
tota. Postquam condemnationem ipse Actor petiit sibi addi denuo Mini
sterialem cum duobus Nobilibus ac Vadia triplicata interponi. Officium
uero Castren Belzen attenta eiusmodi contumacia citati et viso eo pro
cessu Juris Actoris, ex quo liquet, denegatum esse ipsi Intromissionem
ad petitionem ipsius addidit ipsi Ministerialem Terrestrem Gnalem, procui
dum N. ac duos Nobiles, quoscunque sibi conducere poterit, ad intromitten
dum ipsum iure victorem in bona iure victi omnia N. et alibi ubicunque
existentia, quae sunt Inscriptione et processu Juris onerata, in illius lu
cris, perlucris

cris, et pertinis, quæ ipsi super eo, ac bonis illius omnibus ad subscriptionem Terrestrem Betzen pro debiti 1000 flor. et simili vadio obtinuit, quam intromissionem ipse Iure Victi, cum ad eam capiendam iuitor quandocunq; venerit officiose, nec quempiam Nre Suo miserit, nullo modo tam per se, quam per quempiam alium denegare debebit, nec datam prædicto sub vadiis triplicatis Summo debiti et vadii correspondentibus, nunc interpositis, et in bona Iure Victi deferendis. Quod si vero decreto huic quoquomodo contravenirem fuerit, veleruax Actori salua continuatio et prosecutio ipsius causæ debitæ Iuris via.

Cum eo quoq; decreto proficiscendum ad intromissionem, sumptis literis Significatoriis, de vadiis triplicatis interpositis et in bonis Iure victi relinquendis.

Forma literarum Significatoriarum a Capitane de Vadiis Interpositis.

Sibi Nobili N. Villæ N. hæredi, de omnibus bonis tuis, nec non faciunt. Scientibus. Nobilem N. Actorem et Iure Superiorem, certa pertura et rem iudicatam super te ac bonis tuis omnibus coram Officio Capitanei Betzen obtinuisse, ocasione 1000 florenorum et totidem Vadii, ab olim Nobili N. patre tuo, coram Actis Terrestribus Betzen revocati. Quare nos Seu Officium Anum Capreale Betzen in hac parte statuto Regni, et consuetudini recepta, eidem prælato N. Actori Iure vincenti, ejusmodi literalem Regni, providendum N. ad intromittendum eundem, in bona tua Villæ N. et alia omnia, cum vadiis triplicatis literalibus 6000 flor. Rhenensium et ad marcarum pecuniæ pœnarum ex inde secutarum, iuxta quantitatem et exigentiam pertinorum interpositis, ipsi actori Iure vincenti realem intromissionem cum pacifica possessione in prædicta bonaria hæreditaria, super quibus eiusmodi pertinæ Actoris se extendunt iusta eorum continuationem libere admittas, admittamq; per te et per subditas personas impedias, sub eisdem triplicatis vadiis ipsi Actori, et nobis loci Capitaneo per medium adiudicandis. de quibus triplicatis vadiis interpositis, ut certior fias, illa per eundem Ministerialem Supranominatum, in domum et curiam tuam, iusta iuris communis formam deferri, ibidemq; relinqui, ac ad notitiam tuam deduci iniunximus, in fidemq; præmissorum Sigillum Anum Capreale Betzen præsentibus Appensum est. Dat. &c.

Si decreto huic non parueris citatus, rursus citas citatione impotentiali pro decernendis vadiis triplicatis, tam ab instigatore Officij, quam a parte Iure vincente.

Quinta Citationis Exemplum.

Præmissis, ut in superiori proxima citatione usq; ad eum locum, Decreto Officij Ins

Officii Nri Astitionis termini concitatorij, sic immutandum. Decreto Offii Nri Interpositionis uadiorum triplicatorum, continuandumq; ut in eadem citatione superiori usq; ad hunc locum: Quo facto, executio eorundem perlucrorum, uel ita ex materia subiecto immutandum: Quo facto uadia triplicata iure soluere teneris, et ut ulterioris iuris rigorose ate extendatur, ipse tibi Author extitisti. Quapropter tibi rigore Regio &c. ut supra ad eum locum: Ad instantiam praefati Actoris &c. ubiquoq; ita immutandum. Ad instantiam Instigatoris Offii Nri Castren. Belzen. ac Nobilis N. iure uincentis, qui te citat ad uidendum et audiendum uadia ipsa triplicata, decreto priori Offii Nri interposita super te et bonis tuis ob denegationem ipsius Intromissionis, per nos, seu Officium Nrum decerni et eorum alteram partem Instigatori Nro, et alteram Victori adiudicari in uimq; ulterioris executt. brachii Regalis, rumatione tui, de bonis tuis omnibus, in ea uero ipsi Actori Intromissionem decerni, et ad id exequendum. Vicesgerentem Nrum cum Ministeriali et duobus Nobilibus quibuscunq; addi et deputari. Ea igitur Officium Nrum exequi sis judicialiter attentaturus. Datt. in Castro Belzen.

Condemnatio super hanc Citationem

Ut supra proxime posita: nisi eo loco: In termino interponendorum uadiorum triplicatorum: Scribendum: in termino decernendorum uadiorum, Inseratur citatio tota ut in prioribus: post eam ita Scribendum: Postquam condemnationem ipsa pars Actorea producto ipso processu et eo probato, quod sibi sit denegata intromissio in Contumaciam iure uicti: petiit sibi uadia triplicata in decreto priori Interposita, cum rumatione decerni, Officium uero Castri Belzen. annuendo iustae et legitimae partis Actoreae petitioni uiso ipso processu et quod sit denegata intromissio: citatum uadia triplicata ad soluendum meruisse sua sententia adinuenit, quorum alteram medietatem Instigatori, alteram iure Victori adiudicauit. et in uim ulterioris executionis addidit ipsi Vicesgerentem, siue Officium Castren. competens cum Ministeriali et Nobilibus quibuscunq; ad rumandum et eiciendum ipsum iure uictum de bonis illius omnibus, Inscriptione et processu causae istius oneratis in eadem uero iure uictorem, in illius lucris, perlucris, et in media pte uadiorum triplicatorum, in altera uero Instigatorem Officij huius ad intromittendum. Quam rumationem tum et Intromissionem modo praemisso affectat citatus, et iure uictus nullo modo denegabit sub poena bannitionis, quae nunc contra citatum interponitur

Post hoc idem Decretum, proficiscitur Vicesgerens Capnei cum Ministeriali ac Nobilibus ad rumationem, qua denegata, citatur reus ad banniendum ad Judicium Capitaneale.

Sextae Citationis

Sexta Citationis Exemplum

Premissis, ut supra, in citatione primo Vij, ad eum locum: Ad instantiam, a quo continuandum ita: Instigatoris Officii Dei, tum et Nobilis N. Actoris jure uincentis persolue et peremptorie compareas, qui te citant ad bannien dum, et Regno ac dominiis eidem annexis prescribendum: ideo quia tu existens iure victus, occasione Doccatorum non persolutorum, et totidem Vadij per olim N. patrem tuum coram Actis terrestribus Getzen recognitorum ac subscriptorum, rei iudicate et uis satisfacere, nempe pro mandatum tui de bonis tuis omnibus, ac in eadem intromissione rigore Iurorum, et perhuendo Vadiorumq; triplicationem ipso facto debiti super eadem a prefato N. Actore jure uincente obtentorum, noluisti, et nec uis admittere. Citatis itaq; ad uidendum et audiendum contra te bannitionem decerni ac publicari ad omniumq; notitiam deduci, premisso judicialiter attentatum.

Condemnatio super hanc citationem

Coram Judicio plenti Capreoli Cantonis Getzen, astiterunt iudicialiter Instum peremptorium citationis ultimo executorialis, ad decernenda publicandaq; bannitionem edicto. Instigator Officii Dei et Nobilis N. Actor jure uincens, contra Nobilem N. citatum, citatione tenoris talis. Literaq; citatoria, postea addendum: et hoc ideo quia prefatus jure victus per ministeria lem Regni Gradem prouidum N. Judicii huius assessorem, seu et ejus tunis communis formam quater, ad Judicium presens clamato, nisi et Judicio plenti parere minime curauit, admissione juridica iudicii plenti mediante. Post cuius quidem termini peremptorij ultimo executioni debitam et judicam Actionem parte ipsa Actorea et jure uincente, ulteriorisq; suo gradum a Judicio plenti super ipso citato, et jure victo parte decerni affectante. Judicium presens Capreale Getzen, uisa et attento eiusmodi termini executorialis debito actione auditaq; ipsius Actore et jure uincentis partis justa et digna affectatione, considerato eam jure uicti rebellione ac contumacia, nolens in executionibus rerum dicatarum aliquam committere negligentiam procedendo dein communi super ipso citato et jure victo, bonisq; illius, penam bannitionis et de Regno dominiisq; illi subiectis, proscriptionis in ipsius contumaciam decreuit, et plenibus bannitum proscriptumq; decernit ac pronunciat decreto iudicii mediante. Et ut eadem pena bannitionis super ipso jure uicto ad plenos decreta eidemq; citato et jure victo innotescat, ad notitiam debitam perueniat, hoc idem iudicium plens eandem penam bannitionis per ministeriales Regni generalem prouidum N. in Castro et in Civi le Ciuitatis, alta et seuera uoce publicandam denunciandam, proclamandamq; censuit: ad quod exequendum eundem Ministerialem plenum tum de dicta forma addidit et deputauit, justa ipsius Actoris par tis citationem, prout Actionis ultimo executorialis, totumq; suum pro

cessum

cessum, ut Acta de præmissis latius testantur. Et hic idem providus N. Ministerialis Regni Generalis, coram eodem Judicio Capitali Belzen personaliter comparens, in vim suæ veræ ac fidelis relationis publice ac per expressum recognovit: quia ex mandato ejusdem Judicij Præsentis banitionem præfatam, per Instigatorem ejusdem Judicij, et Actorem Jure Vincentem Nobilem N. super citatum, modo præmisso obtentam, hic in Castro et in Cinculo civitatis Belzen, ac locis publicis, alta et sonora voce publicavit, ad notitiamque omnium in præsens existentium deduxit, sua Præsenti recognitione mediante.

Citationum Oppugnationes.

Cum citationes non secundum præscriptos modos et mens scribantur et ponantur facile ab adversario eludunt. Existimavit ex præmissis præceptis oppugnationes earum ponere

1. Ratione Judicis Incompetentis
2. Ratione positionis non in fundo Jurisdictioni subiecto
3. Ratione incompetentis Actoris,
4. Ratione temporis, ut si intervallo temporis supra descripto non antecedat
5. Ratione rei controversæ
6. Ratione inordinatæ citationis, ut si minorennis sine assistentia tutoris: uxor sine assistentia Mariti: Subditus sine assistentia Domini citet.
7. Ratione non positæ taxæ seu damnorum
8. Ratione non positionis pœnæ debitæ, in certis Causis
9. Si citatio de Subdito profugo, et pro Administratione Justitiæ ex Subdito ponatur, in ea villa, in qua præfati Subditi non resident
10. Si plures propositiones diversæ, ad diversasque Jurisdictiones pertinentes, vel quæ uno decreto comprehendi non possunt in citatione ponuntur
11. Si citatio ad Inscriptionem non concordat cum Inscriptione
12. Si citatio pro divisione, in bonis dividendis non ponatur
13. Ratione falsi Ministerialis qui posuit
14. Si citatio Actoris cum citatione rei non concordat
15. Negando omnino positionem, et aliæ id genus, vel Jure descriptæ vel consuetudine receptæ.

Ex Solisne Citationibus proveniunt Termini? Nequaquam

Unde Igitur?

1. Ex Sponsione fidei
2. Ex Verbali præfixione termini Ministerialis in Curia Regis, similiter

Regis, Similiter in tribunalibus Judiciis, ad Simplicem declaratione Actoris: Similiter in Comitiis: usu autem receptum est, ut tactus termino ob recens commissum crimen in supra Nominatis Judiciis, non possit se excipere ad processum Juris publici: Similiter etiam ob excessum sub celebratione Judiciorum Terrestrium vel Capitanealium, ut si quis judicium inhonorauerit, tum si bombardas portauerit

3 Ex Conseruatione
4 Ex Scriptione
5 Ex Captiuatione in recenti Crimine
6 Ex processu: ut pote concessa dilatione
7 Ex Appellatione
8 Ex limitatione
9 Ex arecto et aliis Similibus causis incidentibus

De Vacationibus Judiciorum

Vacationes Seu Cessationes Judiciorum dicuntur Feriae, nempe dies, quibus Vacat forum a Judiciis. Feriae Triplices.

1. Legitimae: quae Statuto et Constitutionibus descriptae, consuetudineque receptae Sunt: nempe ea tempora, quae a judiciis excepta ac libera Sunt, ut sub Comitiis, sub Interregno, donec a Palatinatibus constituantur
2. Repentinae: quae ob publicam perturbationem fiunt, vel incursionem hostium, vel expeditionem bellicam, vel ob mortem personarum ad Judicium pertinentium, ut pote Judicis, vel Subjudicis, vel Notarij Terrestris, vel ob aliam grauem necessitatem, cui humano Consilio obsisti non possit, ut pestem, vel ob publicam gratulationem, videlicet victoria parta, triumphoque celebrato, et ob alias id genus Causas.
3. Solennes: ut pote dies Festi, Deo et Sanctis ejus dicati, qui si inciderint, impediunt plerumque Officiorum et Judiciorum Capitanealium exercitium.

De Accessoriis.

Quando quidem duplices Sunt cognitiones ac decisiones Judiciorum, alia in Accessorio alia in principali: necesse est de Accessoriis, quae praecurrunt litis contestationem pauca praefari, ne ab iis sit imparatus patronus causarum, quem Informamus.

Quae Sunt Formulae: quibus Judex Accessoria, et Principalia partibus decernit expedire?

Tres:
1. Procede: ubi Accessoria inferuntur
2. Responde: ubi maioris momenti Accessoria expediuntur
3. Directe res

3. Directe respondere: postquam litis contestatio et definitiua fit sententia. Et quoniam Accessoria praecipue consistunt uel in dilationibus et exceptionibus, quibus uel protestantur uel excluduntur, uel perimuntur Actiones: opere pretium est de iis docere

De Dilationibus

Iure cautum, Usuquoque comprobatum est: ut dilationes legitimae, tam Actori, quam reo concedantur in Iudiciis: quam ob rem de iis est dicendum

Quid est Dilatio?

Est certum temporis spatium concessum a Iudice petenti, Actori uel reo, ad expediendum, quod sibi ad causam necessarium esse uideatur

Dilationes Duplices

1. Publicae necessitatis, ut occupatorum Reipubl: negotiis, nempe legationis gratia, peregre discedentium: Sacramento militiae obstrictorum, infectionis aëris, bellis, innundationis, et aliorum id genus.
2. Priuatae necessitatis: ut simplicis infirmitatis, uerae infirmitatis, pro majori, minorennitatis

Usus dilationis Simplicis Infirmitatis.

Coram Iudicio duntaxat Terrestri, in primo termino, in duabus tantum causis
1. Administrationis Iustitiae
2. Diffamationis,

Obserua tamen hanc dilationem Actori non dari

Usus dilationis, uerae Infirmitatis

In omnibus causis, exceptis ad Inscriptionem, et in executione rei Iudicatae Sed tantum in personali Actu, uidelicet praestandi Iuramenti. In iis uero causis quae per procuratorem agi possunt, talis dilatio non datur

Obserua. Semel tantum istam dilationem concedi

Quae est ratio huius dilationis petendae?

Per Nobilem possessionatum ejusdem districtus, ad terminos futuros in quibus mellertius super eam Iurare debet, uel objurare, quod ea Utinomine suo nemini concessit. In Tribunalibus tamen judiciis, et in aliis in quibus longius quam ad duas Septimanas protenditur Iurisdictio ac Iudicium, ad duas Septimanas talis dilatio conceditur

Quid est Dilatio pro Majori?

Est, cum quis eadem die, qua Iudicialiter respondere tenetur allegat se habere causam majoris momenti, coram alio quolibet Iudicio, quod probare tenetur in futuris terminis Actu Iudiciario.

Dilatio Minorennitatis?

Est quae in gratiam minorennium, Iuris imperitorum conceditur: Datur autem Masculis ad quindecimum, Foemillis ad duodecimum Annum. In quibus

In quibus Causis hæc Dilatio n̄ conceditur?

1. In causis exemptionis bonorum
2. Ad Inscriptionem
3. Pro eliberatione ex fide iussoria cautione, pro Antecessore facta
4. Pro hæreditate, pro qua Antessori Actio intentata
5. In causis fisci moram n̄ facien̄ Usus recepit
6. Pro Capite per Patrem occiso.

Observationes

Hæ dilationes commemoratæ, locum habent in Initiis causarum, quæ si omittantur, iam ulteriori processu uti illis n̄ licet, nisi in personali Actu ut Iuramenti et alio, qui per procuratorem n̄ possit expediri.

Rursus dilationes dividuntur?

In peremptorias, quibus probatis, causa obtinetur n̄ probatis amittitur: ut est ad munimenta Specificata causam pertinentia et ad quietationem, et veræ Infirmitatis et pro Majori.

In dilatorias, quibus probatis ulterior restat controversia, ut sunt illæ necessitates supra nominatæ, et ad munimenta Specificata causæ necessaria: et ad Statuendum Ministerialem: ad evictorem Visionis, ad Scrutinium deducendum in Criminalibus: ad Inquisitionem in Causis expulsionis. Possunt eam sub hoc genus poni suspensiones causas differentes.

Observationes.

1. In causis exemptionis, expulsionis, executionis rei iudicatæ, ad Inscriptionem n̄ datur dilatio, ad munimenta Simplicia n̄ Specificata.
2. In Tribunalibus Iudiciis, cum causa ex appellatione devenit n̄ concedunt dilationes, præter duas, veræ infirmitatis, et ad quietationem in duabus Septimanis conservato termino. Quando vero ex citatione provenit terminus, liberius citatus utitur dilationibus peremptoriis
3. Dilationes ad Inscriptionem duæ dantur
   1. Ad quietationem ad proximos
   2. Veræ infirmitatis in Actu personali, ut in abnegatione processus, ex qua Iuramentum sequitur
4. Succamerarius has duas dilationes concedit
   1. Pro Majori
   2. Veræ Infirmitatis.
5. Commissarii nullas dilationes permittunt, quia brevis est eorum Iuris exercendi potestas
6. Expluribus comparticipibus litis uni concessa dilatione, alteri n̄ conceditur. Omne enim pro una persona reputantur.
7. In executione rei iudicatæ, neque dilationes, neque exceptiones, etiam in Simplicibus causis, procedunt, quia iam transeunt in privilegiatas cum ad executionem deveniunt, in eaq; dependent

De Exceptionibus

De Exceptionibus

Quid est exceptio?

Est quæ intentationem Actoris excludit, comparata autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur.

Exceptiones sunt duplices?

Peremptoriæ quæ causas perimunt, ut quietæ Cæs. decreta anteriora in eadem causa, præscriptionum fatalium transactiones, et illæ dilatoriæ causas perimentes, de quibus supra

Dilatoriæ, quæ causas differunt, ut si ante tempus præfixum quis petat &c. Omnes autem exceptiones dilatoriæ, inducuntur ante litis contestationem: peremptoriæ vero etiam post litis contestationem. Observandum tamen hoc loco præcepta illa, quæ oppugnationibus citatis supra superius sunt connotata, exceptionum vim habent, quæ excludunt Actoris intentionem

Ordo interendarum Exceptionum

Ante decretum procedendi, infertur exceptiones contra jurisdictionem Judicem, et personam.

Ante decretum respondendi, exceptiones dilatoriæ

Ante decretum directe respondendi, peremptoriæ

De præscriptionibus

Quoniam præscriptionibus eliduntur Actiones, magnusque earum est usus, multum interest earum cognitionem habere.

Quid est Præscriptio?

Est rei, ad se aliquo Jure pertinentis neglectio: tempore lege civium Scripto, est autem introducta præscriptio odio negligentium, ne rerum dominia, in incerto sint

Præscriptiones Jus Causis:

1. De capite et Vulneribus, trium Annorum
2. Successionis neglectæ, intra triennium et trimestre.
3. De limitibus, per tres Annos et tres menses, contra emptorem hæreditatis vicini agere negligentes, amittunt beneficium probationis super metas, emptorque probatio ejusmodi incumbit.
4. De hæreditate non agens intra triennium et trimestre præscribit
5. Obligatæ hæreditatis non exceptæ, triginta Annorum præscriptio
6. Matrimonio copulata non agens de dotis superaliqua hæreditate intra decennium præscribit
7. Vidua non agens de bonis ad se pertinentibus sexennio et tribus mensibus
8. Virgo in Matrimonium tradita, intra triennium et trimestre de dote non agens.
9. Divisio per Amicos facta, per tres Annos, et tres menses, confirmatur perpetuo

10 Inscriptiones

10 Inscriptiones Castrenses n̄ translatæ ad Acta Terrestria, vno Anno.
11. Subditum profugum intra annum n̄ repetens, nisi iuret de ignorantia illius
12 Minorennibus n̄ Currit præscriptio
13 Mercatores intra (debita regestris connotata repetere negligentes) triennium
14 In vno districtu existentibus, pro furto, vel latrocinio recenti contra se n̄ agentibus, post annum, propior reus ad euadendum
15 De sepe posita a Vicino, duabus Annis præscribit
16 Non adcitans ad prosequutiones appellationū in Anno et Sex Septimanis

Obseruationes.

Ignorantibus, captiuis, tempore belli, et grauioris necessitatis, quæ humanis viribus superari n̄ possit, n̄ currit præscriptio. Fatalia etiam hoc loco conseruanda. Est autem inter ea et præscriptiones differentia hæc. Quod præscriptiones in rebus et personis, fatalia in processu causæ sunt nempe si quis ab incepta causa per Annum et Sex Septimanis destiterit eaq; in translapsum missa, vel prosecutionem eius n̄ adcitauerit. Similiter n̄ adcitans post mortem Actoris, vel citati, intra idem tempus, pro Executione vero rei iudicatæ non agens præscribit

Fatalia non nocent

In Causis Exemptionis
Diuisionis
Limitum

DE LITIS CONTESTATIONE.

Quid est Litis Contestatio?

Est quæ citati responsione, ad narrationem principalis negotii Actoris constat

Vnde dicitur litis Contestatio?

A contestando, quia citatus directe in causa procedendo, agnoscere Iudicem, et re ipsa testari, se velle de principali negotio experiri, videtur.

Quomodo post litis contestationem procedendum?

Aut agnoscenda obiectio Actoris, et satisfactio offerenda est, ut pœna vel vadium euitetur: aut iuste factum deducendum est, aut negandum, probatioq; et euasio affectanda, vel peremptoria exceptione utendum. Quod si enim leuibus exceptionibus et tergiuersationibus laborauerit reus, tum reiectis eius nullius momenti defensionibus, secundum petitionem Actoris decernitur

De Probationibus

Cum probationes in principali Negotio ex vtraq; parte plurimum adferant momenti ad causas, necessario de probationibus est dicendum

Quid est Probatio?

Est ratio rei dubiæ faciens fidem

Quæ sunt Probat

Quæ sunt Probationum genera?

Quanquam uariæ, et multiplices probationes, uariarum sunt propositionum, et causarum, tamen quæ in Judiciis sunt usitatæ hæc sunt præcipuæ

1. Authentica documenta ex actis deprompta: ut pote Inscriptiones, quietationes, decreta, et cætera id genus, quorum fides inconuincibilis
2. Ministeriales cum Nobilibus
3. Argumenta ex locis Dialecticis deprompta, quæ multum faciunt ad faciendam fidem, suppeditantq; liberaliter rnes, quibus uel intentionē quis suam fulciat uel aduersam refutet,
4. Scrutinia in Criminalibus causis, in quibus testes inducunt et tam Actor quam reus se inuicem ad deducendum, et audiendum Scrutinium citant, debet autem in proximis Judiciis, siue Castrensibus, siue Terrestribus, post factum, et ad Notitiam deductum crimen, tā actor quam reus Scrutinium expedire.
5. In recenti facto deprehensio
6. Coniecturæ in Causis dubiis
7. Statuta et Constitutiones, causis seruientes, in statu Jurisdiciali

DE RE IUDICATA.

Res iudicata, est Sententia a Competenti Judice lata, a qua n̄ est Appellatum, quæ translata in publica monimenta, habet perpetuam firmitatem, Res Judicata Dupliciter fit

Ex controuersiis partium, ad quas ex diligenti Anteriorum præceptorum obseruaōne, in eisq; exercitaōne, potest quilibet n̄ mediocriter esse paratus. In contumaciam, n̄ comparente actore, vel reo,

Obseruationes

Reus n̄ comparens in Contumaciam condemnat, actor in euasione. Grauior est contumacia Actoris, quam rei. Actores semper debent terminos peremptorios attentare.

Causæ seu Actiones, quæ euasione n̄ perimuntur.

1. Actio Limitum
2. Actio Exemptionis
3. Actio redemptionis seu retractus
4. Astitio ad Inscriptionem.
5. Actio Diuisionis
6. In Actione Expulsionis Violentæ, euasio factum tantum perimit, n̄ Jus quod habeat Actor in bonis, quod et in aliis Actionibus facti est intelligendum
7. Executio rei Judicatæ

Appendix

Decreta in similibus causis allegata, pro legibus habent, ubi est rerū iudicatarum constantia.

De Appellationibus

De Appellationibus.

Quid est Appellatio?

Est ab Inferioris Iudicis Sententia, ad Superiorem, cui lege ea Iurisdictio est data, motio.

Observationes.

1. Appellatione interposita, partes utraeq; controversias Subscriptas, vel Suis, vel procuratorum manibus, intra triduum ad Acta porrigere debent alias derogant causis Suis
2. Vltime n̄ appellans in eadem causa, derogat prioribus appellationibus.
3. In appellatione partibus debet praefigi terminus
4. Iudex ob n̄ admissam Appellationem, n̄ pro damnis, sed ad prosequendam appellationem citatur
5. Reus movens, ab Accessorio n̄ potest invito Actore per Adcitationes a motione recedere, Actor vero potest
6. Appellans ab Accessorio ad Tribunal, de principali Ibidem respondet

In quibus causis n̄ admittitur Appellatio?

1. Inique extorti Thelonei
2. Administrationis Iustitiae
3. Pro redimendis bonis obligatis
4. Ad Inscriptionem, nisi male obtento objecto
5. Pro obstaculis fluminum
6. Pro contributione n̄ Soluta
7. A Sententia Commissoriali
8. A fundatione Iurisdictionis
9. Ab Accessorio n̄ peremptorio

De executione Rei Iudicatae

Cum leges et Iudicia nullius sane essent momenti, nisi res iudicatae debitae executioni mandentur, breviter de executione rei Iudicatae est dicendum. Initium autem sumit executio, vel cum causa ad Officium Capitaneale pro executione remittitur post Astitionem obtentam, vel cum coram Iudicio Castrensi Astitio concitatoria obtinetur

Gradus executionis rei Iudicatae

1. Innotescentia prima, in qua Ministerialis cum Nobilibus, ad intromittendum Iure vincentem in bona iure victi processu onerata additur et vadia triplicata interponuntur: quod ex superioribus praeceptis videre licet
2. Innotescentia Secunda, in qua vadia decernuntur et rumatio ac Intromissio
3. Innotescentia Vltima ad banniendum

4 Super banni

4 Super bannitum, Violenta manu, per loci Capnicum executio ad Instantiam Iure uincentis

Executionem Impedientia

1. Prosecutiones Appellationum
2. Transactiones uel renouationes
3. Si interueniat a latere aliquis, qui potius Ius ostendet, et experiri uelit de potioritate.

De Integrum restitutione, seu de malo Obtento.

Quando quidem leges sint ueritatis et Iustitiæ Administræ, sapienter sane a Viris prudentibus inuentum, constitutumq; est, ut res iudicatæ quæ pro legibus habent, si ueritate, et Iustitia uacant, in integrum restituant, nulloq; fundamento innixæ, consistere n̄ possint, nec improbitas hominum nocentium, dolis et fallaciis in Iudiciis utentium iniquo lucro lætetur.

Duæ causæ, ob quas in Integrum restituuntur Actiones.

1. Si quis ignorantiam de processu super se obtento inferat, eamq; paratum se probare offerat
2. Obiectione n̄ Iuridice decreti obtenti, ubi sane tenet Actor totum processum, quo causam obtinuit deducere, in quo si aliquid deficit, uel n̄ secundum Iuris formam superius descriptam, obtentum sit, cassatur decretum.

Obseruationes

1. Non tenet Actor, nisi a tempore litis contestatæ deducere processum
2. Vbi intercessit personalis controuersia, Actis nota ignorantia, de processu non potest obiici.
3. Quælibet positio citadnis, opus est ostendat relādne Ministerialis.
4. Lucrum si malo fundamento innititur, omnia Corruunt
5. Maxima nullitas processus ex incompetentia Iudicij, in quo sit obtentus
6. In quolibet puncto processus, male obtentum obiici potest
7. Iuramento decreto in re principali, derogat male obtentio
8. Iurans se ignorare de processu super se obtento, in instanti respondere ad principale tenetur.

Finis Processus Iudiciary

Collectore Thoma Dresnero

Perscriptum Bochnæ d. 9na Apr. 1709no F. B.

Index Terminorum omnium Palatinatuum, & Districtuum, quorum Iura dicuntur Petricouiæ

Posnanien. Palatinatus habet Districtus duos: Kosten et Coschouien Posnaniæ. alij termini celebrant feria Secunda post Festum S. Bartholomæi, alij feria Secunda post Festum Natiuitatis B.M.V. Kosten uero a singulis Posnanien post duas Septimanas. At Coschouien a singulis Costen post unam Septimanam

Kalissien. Primi termini celebrant Feria Secunda post Festum SS. Trinitatis. Secundi feria Secunda post S. Michaelis. Koninen uero termini ab inceptis Kalissien post duas Septimanas. At Naklen a Koninen post Septimanam, qui feria Secunda incipiunt, quos Sequunt termini in aliis districtibus in toto Palatinatu.

Siradien. habet Districtus tres. Petricouien, Radomskien Szadkouien Siradiæ primi termini iudicant feria Secunda post Epiphaniæ, Secundi feria Secunda post Conductus Paschæ. Tertij feria Secunda post Natiuitatis Mariæ: quos Sequunt Szadkouien et alij in aliis Districtibus In quo Palatinatu est terra Vielunen quæ habet Districtum Ostrzyszouien. Vieluni termini celebrant a singulis Siradien post duas Septimanas. Ostrzyszouien a singulis Vielunen post Septimanam

Lancicien. habet Districtus duos Brzezinen et Orlouien. Lancicia Iudicia peragunt, Prima feria Secunda post S. Agnetis, Secunda feria Secunda post festum Ascensionis, Tertia feria Secunda post S. Michaelis. Brzezinen termini a singulis Lancicien post duas Septimanas, quos Sequunt Orlouienses

Bresten. habet Districtum Wladislauien. Bresten termini primi feria tertia proxima post S. Ioannis Baptistæ, Secundi feria tertia post Natiuitatis B.M.V., Tertij feria tertia post S. Agnetis. Wladislauiæ a singulis Bresten post unam Septimanam

Inowladislauien habet Districtum Bydgosten. Inowladislau termini celebrantur feria Secunda ante S. Ioannis. Secundi feria Secunda ante S. Matthiæ: quos Bydgostien immediate Vna Septimana Sequunt

Dobrzinen Primi Dobrciniæ feria Tertia post S. Matthiæ, deinde Lipniæ feria Secunda proxime Sequenti, tandem Pipiniæ feria Secunda post Octiduum. Secundi termini Dobrciniæ feria Tertia ante S. Ioannem, Lipnen et Pipinen Vt supra. Tertii termini Dobrciniæ feria tertia post S. Bartholomæi Lipnen et Pipinen Vt supra,

Plocen habet duos Districtus, Raciazen, Plonscen. Plociæ termini

Iudicantur

iudicanp. Primi feria secunda post Dominicam Rogationum. Secundi post Sollichaelis. Tertii feria secunda ante Pignetis. Quinti proxima feria quarta post Pentecostes. Bonicii feria secunda post SS Trinitatis

Sawkowen Primi termini feria secunda post Conficadnis in Srzenicho. Secundi feria secunda post Dnicam Rogatnis. Tertii post Francisci.

Mazouien huius Districtus sunt Czerscen, Varschauien, Kiten Wyssogrodien, Sakrocimen, Ciechanouien, Lomsen, Rozanen Liuen Nuuien. Termini Terrestres Czerscen Primi feria secunda post Ascensionis, Secundi feria secunda post Joannis Baptistæ Tertii post Francisci iuxta Constitut 1590. celebrant quos in Goodlet, Varka et Garwolin, alij immediate sequuntur Terrestres Varschauien termini. Primi in Blonie feria secunda post Purificadnis Mariæ. Secundi ibidem secunda post Trinitatis Tertii ibidem feria secunda post Bartholomæi, quos semper Varschauien et Tarczyner immediate sequuntur Nunc autem iuxta constitutionem Sigismi Varschauii 1589 Primi in Blonie feria secunda post Trinitatis, Secundi post Francisci. Tertii ibidem feria secunda post Dominicam, inuocauit celebrant Singulos autem Varschauien et Tarczyner immediate sequuntur

Termini Terrestres Visan iuxta Constitutionem Sigismi 1589 Primi feria tertia post Stanislaj in Maio. Secundi feria tertia post festum Matthæi. Tertii ibidem feria tertia post Trium Regum celebrantur Singulos autem Vasocen in duabus septimanis, hos idem Radzieiouien ibidem in duabus septimanis sequuntur: ita tamen, vt quoties Tribunal sub tempore tertiorum terminorum, Palatinatum Mazouiæ judicauerit, ij termini tertij omittuntur

Termini Terrestres Wyssogrodien feria tertia post conductus Paschæ post Octauas Corporis Christi, et Michaelis celebrantur

Termini Terrestres Sakrocimen. Primi feria sexta post Dnicam Remiscere, Secundi feria sexta etiam post Trinitatis Tertii feria sexta post Matthæi celebrant

Terrestres Ciechanouien. Primi in Sochocin feria secunda post Philippi et Jacobi Secundi feria secunda post Bartholomæi. Tertii ibidem feria secunda Epiphaniarum celebrant, quos semper Ciechanouien proxima feria quinta Rozanicen, vero ab illis terminorum Ciechanouien in quatuor septimanis sequuntur

Termini Terrestres Lomsen. Primi Lomsæ feria secunda post Dominicam Remiscere. Colnæ vero feria quinta post Dominicam Lætare. Secundi

tare. Secundi Lomzæ in Crastino SS. Trinitatis. Colnæ uero ferita quinta post S. Joannis. Tertii Lomzæ post S. Matthæi. Colnæ uero feria quinta post S. Lucæ

Termini uero Zembrouien. Primi feria quinta post festum Epiphaniam Ostrolæcen uero tertia post Dominicam Conductus Paschæ. Secundi Zembrouien quinta post Pentecostes. Ostrolæcen feria Secunda post S. Margarethæ. Tertii Zembrouien quinta ante Heduigis Ostrolæcen feria tertia ante festum S. Nicolai celebrant

Termini Terrestres Rozanen in Rozanow Primi feria Secunda post Dominicam Inuocauit. Secundi feria Secunda post Trinitatis, Tertii feria Secunda post Michaelis celebrant quos Semper Makouien quatuor Septimanis sequuntur

Termini Terrestres Liuen. Primi feria quinta post festum SS. Trinitatis, Secundi feria quinta post Heduigis Tertij feria quinta post Agnetis

Termini Terrestres Nuren. Primi in Nur feria tertia post Circumcisionis. Camenecen feria Secunda post Purificationis Mariæ. Ostrouien feria tertia post Dominicam Lætare. Secundi in Nur tertia post Dnicam Conductus Paschæ. Camenecen feria Secunda post SS. Trinitatis Ostrouien feria tertia post Joannis Baptistæ. Tertij in Nur feria tertia post S. Matthæi. Camenecen feria Secunda post Simonis. Ostrouien post festum S. Elisabethæ celebrant

Rauen Termini celebrant. Primi feria Secunda post Reminiscere Secundi post Pentecostes. Tertii post Michaelis. habet duos Districtus Sochaczouien et Gostinen. Sochaczouiæ termini Iudicant Primi feria tertia post Dnicam Inuocauit. Secundi feria tertia post Trinitatis Tertii, feria tertia post Assumptionis B. M. V. Gostini Terminice lebrant Primi feria Secunda post Oculi. Gabini proxime post Vnam Septimanam. Secunda post Octauas Corporis Christi. Tertii feria Secunda post Bartholomæi

Terra Prussiæ Iudicia autem Terrestria Iuxta Correcturam Iurium in terra Prussiæ ad Pensis Susceptam tali modo celebrantur

In Palatinatu Culmen. Radzini et Thorunii bis in Anno. Primo feria Secunda post festum Corporis Christi Radzini. Secundo feria Secunda post festum S. Heduigis Thorunii

In Michalouien autem Septimana Vna Semper post Culmen. Iudicia et alternatim Brodnicij et Neophori.

In Maieburgen. Sztumæ Primo feria Secunda post Conductus Paschæ Secundo feria Secunda post Lamperti

In Palatinatu Pomeraniæ. Singulis Districtibus Iudicia itidem haberi debebunt bis in Anno. et Dirschauiensia quidem Starogardiæ.

Primo feria

Primo feria Secunda post Circumcisionis Dni. Secundo feria Secunda post festum S. Luce Evangelistæ. In aliis itidem districtibus locis consuetis, ita quidem, ut hi eadem quatuor septimanis diversa quique subsequantur. Districtuum vero aliorum porro districtuum una septimana immediate consequatur, quæ si in diem festum inciderint, feria Secunda subsequente celebrentur

Termini Terrestres in Palatinatibus Minoris Poloniæ, in quo Palatinatu, Terra aut Districtu, quo tempore celebrentur.

Palatinatus Cracovien habet Districtus sex: Cracovien Bo
Lovien Xięża Lelovien Czchovien Bielen in quibus
Districtibus unus idemque terminus Judiciorum obit ijs temporibus
Cracovien Primi termini celebrant feria Secunda post Circumcisionis. Secundi feria Secunda post Dominicam Invocavit. Tertii feria Secunda post Trinitatis. Quarti feria Secunda post Michaelis. A quibus singulis Cracovien terminis in alijs districtibus hi ponendi sunt. Bo Lovien post Unam Septimanam a Cracovien qui feria Secunda initium sumunt. Bielen quarta die a Bo Lovien qui feria quinta inchoant. Lelovien a Bielen feria tertia proxima. Czchovien a Lelovien post Unam Septimanam qui feria tertia inchoant. Xięża a Czchovien proxima feria Secunda.

In eodem Palatinatu est Terra Sandecimen, quæ suum aliundi dicam habet, qui Locorum terminos celebrat his temporibus. Primi feria quinta inter quatuor tempora dies quæ sunt post Dalia Invocavit. Secundi feria quinta inter quatuor tempora quæ sunt post Sancta Crux. Tertii feria quinta inter quatuor tempora quæ sunt post Festum S. Lucie. Quarti feria quinta inter quatuor tempora quæ sunt post Festum S. Lucie.

Palatinatus Sandomirien habet Districtus sex. Sandomirien Radomien, Opocznen, Checinen, Wislicien, Xiążna in quibus Districtibus unus idemque terminus judicat his temporibus. Sandomirien Primo feria Secunda post S. Trin. Secundo feria Secunda post Dominicam Oculi. Tertio feria Secunda post Corporis Christi. Quarto feria Secunda post S. Francisci.

Singulis autem Sandomirien terminis, in aliis Districtibus his temporibus judicant. Radomien post Septimanam Unam a Sandomirien qui feria Secunda initium sumunt. Opocznen post unam Septimanam a Radomien qui etiam feria Secunda exordium sumunt. Checinien ab Opocznen proxima feria Sexta. Wislicien a Checinen feria Secunda qui integram Septimanam durant. Xiążna Wislicien post Septimanam qui etiam feria

Secunda

Secunda incipiunt
In eodem Palatinatu est terra Stezycen, quae habet proprium Judicem
in Stezyciae terminos his temporibus celebrat. Primos feria secunda
post Dominicam Invocavit. Secundos feria secunda post Dominicam Con
ductus Paschae. Tertios feria secunda post S. Matthaei Apli et Evang.
Palatinatus Russiae habet terras Quinq. Leopolien, Premislien
Sanocen, Chelmen, Halicien cuiusq. terrae est suus Judex, in quibus
terris et earum Districtibus termini his temporibus judicant.
In Leopolien terra quae habet districtus duos Leopolien et Lydacovien
Leopolis 1. termini feria quinta post trium Regum. 2 feria quinta
post Dnicam Laetare. 3. feria quinta post Nativitatem Joannis Bapt.
4 feria quinta post Michaelis. Lydaczoviae primi termini a Leopolie
post septimanas tres et dimidiam qui feria secunda inchoantur, 2
feria secunda post Conductum Paschae. 3 similiter a Leopolien post
tres septimanas et dimidiam qui ea feria secunda inchoant 4 feria
secunda post S. Hedvigis
In Premisliensi terra quae habet duos Districtus. Premislien et
Preworscen. Premisliae 1. termini feria tertia post S. Agnetis 2 feria
3tia post Conductus Paschae 3 feria 3tia post S. Margarethae 4 feria
3tia post S. Lucae. Preworsciae 1. termini a Premislien qui celebrant
a S. Agnetis post tres integras septimanas, qui incipiunt feria 3tia
2. feria 3tia post Dnicam Cantate 3 feria 3tia post Festum S. Petri Vin
culati 4 feria 3tia post S. Martini
In Sanocen Terra in qua unus tantum districtus Sanociae 1. termini
feria 3tia post S. Dorotheae. 2 feria 3tia post S. Laurentii 3. feria ter
tia post S. Michaelis
In Chelmen Terra quae habet duos Districtus Chelmen et Crasno
stavien: Chelmae 1. termini feria 2da proxima post S. Agnetis 2. feria
secunda post S. Filippi et Jacobi 3 feria secunda inter octavas Corporis
Christi. 4 feria secunda ante Nativitatem B. M. Virginis
Crasnostavien a singulis Chelmen terminis post duas septimanas qui
etiam feriis secundis incipiunt
In terra Halicien quae habet duos Districtus Halicien et Trebovelen
Haliciae 1. termini feria secunda post Purificationis B. M. V. secundi feria
secunda post Conductus Paschae 3tii feria secunda post Nativitatem
B. M. V. Quarti feria secunda post S. Martini
Trebovulae, a singulis Halicien terminis post duas septimanas qui
etiam feriis secundis incipiunt
Palatinatus Podoliae in quo uno tantum in loco termini celebrantur
Kamenecia Podolien, feria quinta post S. Agnetis. Secundi feria
quinta post

quinta post S. Stanislai in Majo, Tertii feria quinta post Omnium Sanctorum
Palatinatus Lublinen habet districtus duos Lublinen et Urzedovien in quibus unus judex terminos judicat. Lublini primi termini feria secunda post purificationis BMV. Secundi feria secunda post Exaltationis Crucis S. Tertii feria secunda post S. Andreae
Urzedovii a singulis Lublinen terminis post duas septimanas qui etiam feriis secundis incipiunt
In hoc Palatinatu est Terra Lukovien quae habet suum proprium judicem qui Lukovi terminos celebrat Primos feria secunda post Trium Regum, 2nd feria secunda post S. Trinitatis 3tii feria secunda post S. Lucae Evangelistae
Palatinatus Belzen habet Districtus Tres Belzen Grabovecen Horodlen in quibus unus judex terminos obit his temporibus. Belzae primi termini feria secunda post Trium Regum Secundi feria secunda post S. Adalberti Tertii feria secunda post Nativitatem S. Joannis Baptistae Quarti feria secunda post S. Hedvigis
Grabovecii a singulis Belzen post duas septimanas qui eam feriis secundis incipiunt
Horodlae a singulis Grabovecen in eadem septimana feriis quintis incipiunt
In eodem Palatinatu est Terra Buscen quae habet seorsim judicem qui buscae terminos judicat a singulis Belzen post unam septimanam proximam qui eam feriis secundis initium sumunt
Palatinatus Podlachiae habet terras tres, Drohicen, Mielnicen Bielscen quaelibet suum seorsim habet judicem, in quibus termini celebrantur. Drohicini judex Drohicien terminos judicat Primo feria secunda post Circumcisionis, Secundo feria secunda post Dnicam Jubilatae. Tertios feria secunda post S. Michaelis. A singulis terminis Actorum expositio durat quatuor septimanas
Mielnici judex Mielnicen terminos celebrat Primos in Crastino diei S. Agnetis. Secundos feria secunda post S. Stanislai in Majo. Tertios feria secunda ante S. Michaelis Archangeli
In Terra Bielscen sunt Tres Districtus, Branscen Surazen, Tykocinen in quibus judex terminos celebrat his temporibus
Branscae primos feria secunda post Circumcisionis. Secundos feria secunda post Conductus Paschae Tertios feria secunda post S. Michaelis. Surazii a singulis Branscen terminis, protinus atque eos absoluerit, judex judicare proficiscitur
Tykocini Primi termini feria secunda post Dnicam Reminiscere, Secundi feria secunda post Octavas Corporis Christi Tertii feria secunda post S. Martini

Palatinatus Lijovien

Palatinatus Kiiouien Volhynen Braclauien non Polono Iure nec Proces
su Iudiciario Polono in Iudiciis utunt Sed Magni Ducatus Lithuaniae, in
quibus termini his temporibus iudicantur
Palatinatus Kiiouien habet Districtus tres Kiiouien Zytomirien, Hoczni
czen, in quibus unus Iudex terminos celebrat. Imprimis Zytomiriae feria Se
cunda post Circumcisionis Deinde Kiiouiae feria Secunda post S Georgij
deniq Hoczniczie feria Secunda post S Bartholomaei
Palatinatus Wolhynen habet Districtus tres, Luceoriensem, Wlodimirien
Krzemenecen singuli habent suum Separatim Iudicem in quibus Iudicia
celebrant. Luceoriae prima Festo Epiphaniarum Dni Secunda pro festo S.
Trinitatis Tertia pro festo Sellichaelis
Wlodimiriae a singulis Luceorien, terminis, per tres Septimanas Krze
meneciae, a singulis Wlodimirien similiter post tres Septimanas
Palatinatus Braclauien in quo uno loco tantum termini celebrantur
nempe Vinnicae. Primi in Crastino Epiphaniarum Secundi in Crastino
SS Trinitatis. Tertii in Crastino Sellichaelis. FINIS.



In Nomine Dni Amen
Statuta Regni Poloniae
Alphabetice
Digesta

x

Abbates.

Conuentus Lublinen Abbatem electu Regi praesentet

In Nomine Dni Amen. Nos Albertus Abbas patientia Diuina, Ioannes Prior, Venceslaus Praepositus in Antiqua Gostyn, Martinus Custos, et Ioannes de Krobia, Fratres Conuentus Monasterij Lubin. Posnanien Diocesis, Nro et totius dicti Conuentus Nominibus. Significamus tenore praesentium quibus expedit, Universis et Singulis, tam praesentibus quam futuris harum Notitiam habituris. Quod quanquam de Iure et consuetudine, post cessum uel decessum Abbatis cuiuslibet, praefati Monasterij Nostri Lubinensis ad nos Nostrumque Conuentum, futuri Abbatis Canonica electio spectat et pertinet, post uero Canonicam et legitimam electionem, per nos Nostrumque Conuentum, in fratrem Conuentus Nri Canonice factam, ante Confirmationem prouisionemue et consecrationem, prout ex debito tenemur eundem fratrem electum per se uel per alium fratrem Conuentus Nri, Serenissimo Principi et Dno, Domino Casimiro Dei Gratia Regi Poloniae, M.D.L.R.P. Dno et haeredi etc. et eius Successoribus, debitum honorem exhibentes, tanquam Patrono et Dno gratiosissimo repraesentare: nec non huiusmodi electionem Abbatis futuri intimare et notificare spondemus, et praesentibus pollicemur, ac eam a sua Serenitate, et Successoribus legitimis humiliter Votum petere et consensum gratiosum postulare et impetrare: prout ad hoc de Iure et Consuetudine tenemur: in quem sua Serenitas benigna pietate praebebit Votum gratiosum et Consensum. Ad cuius quidem electi prouisionem Nri, confirmationemue et consecrationem absque Consensu praefati Serenissimi Dni Regis, uel Suorum Successorum, nullo modo procedemus, nec procedere Volumus, donec prius Consensus desuper Regius fuerit nobis benigniter datus. In quorum Omnium et Singulorum fidem et testimonium praemissorum, praesentes literas per Nuntium publicum scribi procurauimus. Sigillisque Abbatiatus et Conuentus Nri fecimus Communiri. Actum et Datum Posnaniae die Mercurij 9 Julij Ano 1460 Indictione Octaua Pontificatus Ssmi in Christo Pris Dni Nri Pij Papae Secundi Ano Secundo in Castro in Sala Superiori Castri praefati Posnanien hora Vesperorum: Praesentibus Ibidem Reuerendissimis, Magnificis et Gnosi

ficis et Prosis Dnis. Andrea Dei Grā Epo Posnanien. Joanne de Bz Felicis Vtriusq; Iuris Doctore, Sanctissimi Apostolici Causarum Auditore. Archidiacono Gnesnen et aliorum Eorundem Patrum quorum tenores patent in Autoscripta: aliisq; quam plurimis scitibus circa premissa. Folio 44.

Vel Epus Posnanien, ad Consecrandū Abbatis Lubin procedat: Nisi Regia Alte ad eandam consentiat.

Andreas Epus Posnanien, Significamus tenore, Presentium quibus expedit Vniversis: Quomodo Volentes Regiam Maiestatem ad futura tempora, prout tenemur, ex debito honorare, promittimus Presentibus et Spondemus: quod quum et in antea, ad quilibet electi ad futurum Abbatem Monasterii Lubin Diocesis tūc, qui per Fres Conventus illius Canonice electus fuerit, provisionem, consecrationem ac eam Confirmationem procedemus, nisi prius per Capitulum Conventus sui, post electionem Canonicam de eo factam Serenissimo Principi Dno Casimiro Aut Suo Successori Dei Grā Regi Polo rum Dno Regi Dno et Hereditario Patrono fuerit et in ipsum Serenitas Sua consenserit. Harum quibus Sigillum Nrē est Presentibus sub Appensum, testimonio literarum. Dat Posnanie Feria quinta post Octavas Corporis Christi Anno 1460 Presentibus Abidem. Dnis. Illustrissimo Dno Patre Dno Joanne Dei Grā Epo Vladislavien, et Regni Polonie Cancellario, nec nō Magnificis et Prosis Dnis Palatinis Lancicen de Gorka Posnanien Stanislao de Ostrog Calissien, aliis Palatinis seu Castellanis Gnesnen Calissien et Capitaneo Majoris Poloniē generali testibus circa premissa. Folio 45

Poloni ad Monasteria Regni Quisi Priuilegia Germanorum obtenta Suscipiantur

Item in quam Consuetudinem quorundam in Regno Dñi Monasteriorum tollere cupientes, ad quā fratres gentis dumtaxat Germanicē suscipi solent in contemptum Polonicē nationis: Statuimus ut quilibet Dnorū Episcoporum, in Sua Diocesi uideat Priuilegia talium Monasteriorum et si eisdem Priuilegiis id non sit expressum, ut tales Germani ad dicta Monasteria Suscipiant prouideat: ut promisue Poloni et Almani deinceps recipiantur. Pigilon Petricouie 1511 Fol: 49

Abbates tamen, et Prepositi Monasteriorum ex Nobilibus, aut si ii defuerint, ex Plebeijs, modo Sint Poloni creentur

Frequentibus Magnis petitionibus, atq; clamoribus Subditorum Prorum permoti: cernentes omnia Monasteria ferme in Regno Nostro

et Monasticen

ex Munificentia et liberalitate, n̄ solum Antecessorum Nrorum Poloniæ Regum atq; Principum, sed eam Baronum et Nobilium facultatibus, bene dotata esse: et nunc quoq; nobilitatis fauore plurimum indigere. Cauentes etiam, ne noua Dogmata ex Germania ad Regnum Nrum præsertim uero ad quædam Monasteria in ditionibus Nris, per hnes nationis illius inferant. Et ne Monasteria ipsa quæ iam magna ex parte desolata cernuntur, ad interitum ob defectum personarum deueniant, statuimus ut deinceps futuris perpetuis temporibus, nemo in Abbatē cuius cunq; Monasterij in Regno Nro aut eā in Præpositum eligi debeat, aut possit: nisi qui sit natione Polonus, hac cautione adiecta, Vt si in eodē Monasterio aliquis, ex Nobili genere procreatus et idoneus Monachus reperiatur in Abbatem ante alios eligi et recipi debeat: atque per hos loci Ordinarii præsentari. Vbi uero nullus Nobilis idoneus in eodem Monasterio reperietur, tunc ex alio Monasterio eiusdem Ordinis et Religionis, Vir Nobilis et Idoneus erit deligendus seu postulandus. In defectu autem Nobilis idonei, licitum erit et liberum, plebeium Idoneū natione Polonum in Abbatem eligere, de cuius idoneitate et natione, loci ordinarius Episcopus, nos per literas suas certiores reddet, Vt sciamus quem et qualem ei præsentare debeamus. Sigism̄ 1538 Ao 4.

Simile de Abbatibus: et quod in Nonnullis Monasteriis, nunc Germani, nunc Poloni, in Abbates eligantur. Præterea, Vt Polonis ad Monasteria Germanica Ingressus pateat.

De Abbatibus Decretum per Nos factum, in Superioris Anni Comitiis, rarum sumus et firmum semper habituri: neq; præsentabimus quenquam loci Ordinario, nisi quem Nobili loco natum et secundum Dispositionem Statuti Piotrouien̄ 1538 electum Comperiemus. Quod si quis n̄ legitime fuerit electus: dabimus operam, ut Dni Eppi electionem nullam huiusmodi esse pronuncient, ac de alio idoneo, ut statutum disponit in locum illius sufficiendo sint soliciti, certas tamen ob causas, visum est nobis, ut in his Monasteriis, quæ partem bonorū suorum extra Regnum habeant, quedam fieret Vicissitudo, Vt alternatim Abbates, nunc Germani, nunc Poloni eligerent. Dominis autem Episcopis Curæ erit: Vt in quæ Monasteria soli Germani reciperentur in ea quoq; Polonis pateret aditus et Ingressus. Sigism̄ Crac̄ 1539

Monachorum Ab=

Monachorum Abbates ex Nobilibus Sint. qui vero nec in Ecclesia, neque in Politia, aliud habent officium Scholas Nobilium Puerorum instituant.

Et donationes Monasteriorum conservari possint facilius, renovando statutum 1538 conditum statuimus ut nemo in Abbatem eligatur, qui non Polonici, Nobilis ex Patre et Matre generis, et homo bonus. Quod si in eo Monasterio, in quo Abbatia vacabit non reperiet professus idoneus Nobilis, inibi alibi et antiquius habitans, ut ex eadem Diœcesi, in qua est Monasterium, Nobilis idoneus status spiritualis eligi et possit in Abbatem eligi. Sic electus infra sex menses debeat per suum loci ordinarium presentari et postea per illum institui, vel confirmari in Abbatiam et (Regulam) profiteri. Et quoniam non est tantus numerus Monachorum in Monasteriis quantus esse debet ubi tenebuntur Abbates certum numerum puerorum Nobilium habere in Monasteriis, et illos inibi hominibus doctis, artibus liberalibus dare instruendos: iuxta quod Visitatores Dei Abbati illorum locorum consignabunt et nominabunt. Sigismundus Aug. Petric. 1550.

Absentes quomodo citandi.

Cum aliquis pro hereditate citatur, et comparens in iudicio malitiose opponit: Quod Petrus vel Joannes, in remotis partibus est constitutus, cohæres ejusdem hereditatis, cum tamen forsan idem Petrus vel Joannes, nihil juris habeat ad eandem, ideo ille citatus dicit, se teneri respondere pro eadem hereditate, propterea quod Petrus vel Joannes in iudicio nominatus, de mandato iudicis in aliquo eminenti loco vel circa Parochiam, de qua Parochia est hereditas, pro qua eadem quæstio movetur, per ministerialem tribus diebus publice proclamando ad præsentationem seu defensionem causæ, ad certum locum et debitum terminum citari debebit, quo non comparente, ipsius contumacia seu absentia observante ad decisionem seu definitionem causæ, licite per sententiam definitivam procedatur. Calixtus Magnus Visicii 1360. Fol. 14.

Qui Abest in Proprio Districtu.

Porro cum quis extra terram sit et pro termino peremptorio citatur, eidem decem octo Septimanarum terminum inclusive, pro primo videlicet sex Septimanas, pro secundo alias sex pro tertio ultimo sex prefigendo declaramus. Quod si intra hoc tempus non paruerit, tunc ad definitivam sententiam

tentiam procedat, huius modi contumacia non obstante.
De Absentibus Dignitariis, in Colloquiis: Vide in Titulo Colloquia.
Qui absunt Seruitii Reipub. occupati, et pro Legationibus aut exercitibus Imperatores proficiuntur extra regnum: horum Causæ ad Vnius Anni Spatium suspendi possunt. Vide in Titulo Inhibitio. Casimir Magn. Visl. 1360 Fol. 97.

Accessoria.

Ab Accessoriis, quæ non important perpetuæ Amissionem Principalis Causæ, sed tantum petitionem termini, aut ab citatione libertatem, iudex moueri non debet, sed in eius decreto partes conquiescere mentem Aliaque alias Accessoriis, quæ in se continent lucrum, vel amissionem principalis Causæ, pro qua quis citatur: in tali casu si cui decretum Iudicis displiceret, potest Iudicem mouere ad Colloquia, iuxta consuetudinem suis et Statutorum Antiquorum, de motionibus Inscriptorum dispositionem, in colloquiis autem manens, debet esse paratus, cum suis probationibus: super negotio principali, citra omnes dilationes iuxta suæ formam in eisdem exequatur. A Colloquiali vero, et administrante sententia ulteriori sit, nullum Iudicium recipiatur appellationem seu motionem ab Accessorio admittere debet accepta, si tales sint, quæ principalis rei, aut lucrum aut amissionem continerent decreto: si alicui decretum non probabit, potest ad Comitia proxima celebranda Appellare, et eum hac Appellatione intermediante, hæc Appellatio ad Comitia suspendat. Pars appellans proinde Judicium alias locos, apud Iudicium colloquiale non tenebit in Comitiis Iudicium respondere, sed cum iure reperiemur, Iudicium illi parti, quæ iure vincet cedere debet. Sigism. 1543.

Actiones

Omnes Actiones Iudicii Terræ coram Lege. Ventilandæ in libro terræ inscribantur.

Quia etiam Iure Communi diuersis Officialibus diuersa sunt negotia adscripta: quicquid ad Terrestria negotia, causasque Iudiciales pertinet quæ in Sententia dari peragi solent, hoc totum in librum Actorum Terrestrem inscribi debet, alias vero causas et negotia ad Cancellariam suam, iuxta Veterem consuetudinem, et Statutum Anni 1538. Sigism. Aug. Petric. Ao 1550.

Quæ Actiones Appellationes et euasiones non sistuntur.

Sed Actiones pro pignibus requirid et pro redemptione bonorum hæreditariorum, condemnatione et euasione non sistuntur.

Actor

Actor

Si Actor Iure Theutonico agit: non eodem, sed suo Iure reconueniantur

Cum Actor forum rei Vndiq; sequi debeat: Volumus, quod si quis in Iudicio Iuris Theutonici, contra reum suam dirigat Actionem: Vt proponat contra eundem reus ibidem, super aliqua quæstione simili vel inæquali, reconueniri n̄ poterit: sed suam litem aut causam, coram Iudice competenti, com Voluerit agitabit. Casimir Vislicia 1368 Fol: 29.

Sine Actore ne quis procuret vel citet

Præterea quicunq; Præsidentes, aut eorum Officiales vel eorum familiares aliquos malitiose laboribus et expensis grauare volentes cupientesq; et laborantes emungere et extorquere aliquid pecuniarum aut rerum, ab innocentibus, pro uexatione recimenda, quamuis penitus nihil habeant causæ seu quæstionis aduersus eosdem, faciunt et procurant diuersas citationes, finguntq; et dictant causas: Idcirco statuimus quod si quis citauerit vel procurauerit aliquem sine legitimo Actore, vulgariter przez Podwoda: taliter citans vel procurans talem citationē pœnam Pig trzadziesta soluere citato tenetur. Prohibentes nihilominus Castellanis et quibuslibet Iudicibus et subiudicibus: quod deinceps sine certo Actore et causa expressa n̄ debent decernere, nec dare aliquas citationes. Casim Magn Folio 14.

In causis Criminalibus, in absentia nemo cognoscat

Statuimus: quod in causis Criminalibus, in absentia Accusantis, seu Actoris, cuius interest, Nos vel Vri Successores, aut Capitanei Vri cognoscere n̄ debemus: nec aliquem hominem condemnare: nisi conuictum Iudicio et Confessum. Casimir Magn Fol: 97.

Actor debet esse Paratus

Volumus de Actore intelligi: cum liceat Actori, quod et reo: præter simplicem infirmitatem, quæ Actoribus n̄ conuenit eo quod Actores semper habent terminos peremptorios, et propter hoc semper debent esse ad Comparendum parati, poterint tamen et Actores, in faciendis documentis, habere dilationem: cum citato idipsū sit permissum Sigism 1529 Fol 99.

Si Actor Amiserit Citationem

Item si Actor Amiserit Citationem ante contestationem litis sive ante terminos ad quos citauit reum: extunc poterit Citare reū alia citatione ad instar prioris

ad instar prioris, quae quidem tametsi in sua narratione, a prima Amissa discrepauerit: si modo eundem effectum in se contineat et summam talis citatio habebit locum in Judicio, nec Actor ob hoc aliquam poenam luet: sed citatus, aeque sicut ad illam primam Amissam sibi respondere tenebitur. Nec eam poterit citatus Actori obijcere. Quod dedisset citationem super citationem: Et idem erit obseruandum, si post contestationem litis ipsam citationem amiserit. Nam poterit etiam adcitare siue denuo citare, sine aliqua poena. Et si idem Actor habuerit citationem siue Propositionem acticatam: extunc valebit sibi pro citatione et non tenebitur citationem citato ostendere. Sufficiet enim adcitatio illius. Et si citatus amiserit citationem, extunc Actor post Propositionem suam ad postulationem citati tenebitur sibi accommodare suam citationem ad respondendum, quam restituet Actori, post responsionem. Sigismundi Petricouiae 1523 Fol 43.

Testimonia Actoris per Ministerialem

Sed cum Actor aliquis testificatur aliquid coram Ministeriali seu per eum, tunc Actor ipse Nobiles duos habiturus est cum Ministeriali sed cum Ministerialis cum citatione equitat: tunc sufficit, eum Nobilem habere unum. Consuetudo Terrae Cracoviae Fol: 123.

Actor causam non continuans annum et sex septimanas; cadit a Causa.

Praeterea si Actor intra Cursum eiusdem temporis, Vnius Anni et sex septimanarum, ad terminum lapsum nihil faceret neque adcitaret: tunc decurso isto tempore Amittet Actor id, pro quo citabat excepto quod Judicia, ex aliqua Necessitate suspensa fuissent. In tali enim casu, citationi Actoris propagatio longi temporis nihil nocebit. Consuet: Terrae Crac: Fol 122

Actor, cum reus negat, propior est ad probandum si uero reus euadere uoluerit: admitti ad euadendum debet

Atqui cum Actor quaeritur super Citatum, post Propositionem, alias post Querelam dicet: si id reus negabit, uolo id probare, prout Jus decernet, nullum Jus omittendo, et reus simpliciter negauerit extunc propinquior est Actor suam Propositionem probare quam euadere reus. Sed si etiam dicet Citatus: Volo id euadere. alias Odbyc, nullum Jus omittendo, prout Jus decernet, tunc citatus propinquior erit euadere, exceptis Articulis, in Statuto scriptis: pro

quibus

quibus Actori probatio debetur, contra citatum. Consuet Terre fol 122

Actoris terminus primus est peremptorius

Cum Actoris sit officium, ut faciat et procuret, ad causam reu citari: reo ita interminus comparente, Actore uero se totaliter absentante. Decernimus ob contumaciam Actoris, qui est maior quam rei, ipsum Reum causam obtinuisse. Si autem reus parere, in termino sibi assignato non curauerit: Actore per se uel per suum nuntium comparente: Decernimus, quod pro huiusmodi contumacia, Reus duodecim bouum pro multetur. Ca. Sim. Vsi. cap. 1360 fol: 15

Sine certo Actore et causa non debent citare.

Quod deinceps Sine certo Actore et Causa expressa non debent decernere, nec dare aliquas citationes. Pro ecclesiis, qui habent sus in his uel illis bonis, libertates, communi gaudent non citent, nisi per literas suas et sui cuiuscunq; legitimi Iudicis, illiq; per literas duntaxat citentur. Sed Curia sua presente, uel Iudicio generali non existente potent officiales ad mandatum suum, uel sui Capitanei seu Iudicis, sine literis citare, in hospitio, aut in foro. Ca. Sim. Vsi. cap. 1360 fol. 91.

Actor citans pro hereditate, aut pecunia obligata

Si quis ad Iudicium citat aliquem, pro hereditate, aut pecunia aliqua obligata: et ipsum ad Iudicium euocauit, et si tunc reus in primo termino peremptorio non parebit. Actor tunc habita nominata pecunia, aut hereditatem: pecunia nihilominus sibi restituta. Ca. Sim. Vsi. cap. fol: 8.

Actor interceptor Actionis reijcitur

Si quis citauerit alium, reuocando aliqua bona ab eo uel alias pro quauis alia causa: et aliqua actione Iudicia, citando, et alio qui terminum amitteret Iudicialiter: et tandem alius pro eisdem bonis, aut eadem causa, partem predictam citauerit: Volens actori primo, uiam agendi in predictis precludere. Extunc in tali casu, consuetudo terre obseruat, primum Actorem locum habere, et causa inceptam continuet, et citatore alia meliori. et hoc infra fatalia de iure concessa non obstante citatore. Actoris secundi: quo modo. Supra scripto locum non habet in Iudicio: donec Actor primus rem seu Actionem inceptam ad finem deduxerit. Consuetudo.

Possessori incumbet probatio contra Actorem: presertim cum titulo, pari, et literatoria. Vide in Titulo Possessor

Actor, reo seu citato

Actor, reo seu Citato mortuo, intra Annum et Sex Septimanas causam renouet.

Si pars citata moritur, pendente et indecisa causa. Actor tenetur contra pueros, et Successores eius, citaõnem et causam, per concitaõnẽ reuiuificare, intra Annum et Sex Septimanas. alioqui si id facere neglexerit: causam totam; pro qua Actio inter eos uertebatur ut supra est scriptum, perdet in perpetuum: secundum consuetudinem terrae antiquam. si uero plures fuerint Actores, et similiter Rei, in una citaõne: et si aliquis eorum pendente citaõne, ex utraq; parte moreretur: uel plures aut omnes morerentur, ex tunc Actores superstites, a se et successoribus defunctorum participum suorum, uel successores Actorũ, contra Reos etiam viuentes, aut haeredes, et contra successores defunctorũ, citaõnem huiusmodi et causam reuiuificare tenentur: totiens quotiens id acciderit, usq; ad finem causae. Nam si quis moritur in citaõne existens: moritur citatio sua et Actio: nisi fuerit reuiuificata per citaõnem, contra haeredes et successores mortui. Si autem pars habens Actionem ad quodcunq; Judicium pendentem moritur: intra terminos uel eo die quo Actio dicta debuit Judicari, ex tunc pars aduersa, siue sit Actor, siue Reus, nõ debet prosequi causam huiusmodi: propter mortem partis suae in eisdem terminis, et Judicio ubi pendebat: nisi praemissa concitaõne contra successores mortui: iuxta consuetudinẽ terrae. Si uero in tali casu, attentaret terminum et causam prosequeretur contra defunctum, hoc partem prosequentem nõ releuabit, quin cum laruis, hoc est cum mortuis, luctari uidebitur. Consuetudo.

§. De Actore Condemnato, antequam Jus admittet: Vide in Titulo. Condemnatio.

§. Actor citatum pro violentia, aut vi, proprio Juramento conuincat Reum. Vide in Titulo. Violentia

§. Actores in fine debent condemnari. Vide Titt. Condemnaõ

§. Actor Terminum Colloquii generalis aliter transponere nequeat: nisi primum per ueram infirmitatẽ: et in terminis particularibus semel per simplicem infirmitatem Vide in Titulo. Colloquia

Actoratus

§. Actoratũ quomodo, et qui lucrantur: Vide Titt. Succamerarius.

Actorum Libri

BIBLIOTEKA W.B.

Actorum Libri

Libri Actorum sub tribus clauibus seruentur.

Et quia Barones Terrarum Nrarum, in Iudicijs colloquiorum generalium, personam nostram representant, coram quibus causæ hereditariæ et aliæ maiores agitantur et tractantur et sententiæ per eosdem latæ recipiunt firmitatis, ac si in presentia Nra agerent, coram quibus ed resignationes bonorum magnorum peragunt et aliæ causæ per eosdem definitæ in speciali libro conscribuntur, unde cum ea jori pondere diligentius ijs et cautius debeant obseruari: Volumus quod liber processus seu Acta Colloquii generalis sub claustro trium clauium amodo conseruetur, quarum unam Iudex, aliam subiudex tertiam vero Notarius Terrestris habeant et conseruent, nec liceat Vni specialiter clausuram prædictam aperire. Ex Actis enim prædictis, seu ex libro nonnulli literas habere et extrahere tempore debito cupiunt, qua propter prouidendum est, quod Iudex per Ministerialem debeat publice quando opus fuerit, facere proclamare: Quod in tali Districtu loco, et die tali, Liber seu Acta ad extrahendum literas aperiet, vtq; eas habere volentibus, seu affectantibus, pateant. Vladislai Jagiellonidis et Varsouiæ 1429 Fol: 45

Similis Item reperitur in Titulo Colloquia

Item Statuimus, et Libri Terrestres Actorum Iudicialium seruentur sub Statuta Varsouiæ sub tribus clauibus, quarum unam habeat Palatinus, aliam Iudex, et tertiam Notarius. Completo Judicio remanere debebit in loco, vbi factum est Judicium, tribus diebus pro dandis Copijs Actorum, petentibus eas. Casimiri in Niesłowa et Opoli 1454 Fol: 94.

Similis

Decreuimus vt Libri Terrestres vbiunq; locorum in Regno Nro sub tribus Clauibus, seu nostrum Statutorum dispositionem, in bona Civitatis seruentur. Sigismundi Petricouiæ 1538 C.J.

Positio Actorum publicetur

Et quia ex Actis Terrestribus, seu ex libro nonnulli literas habere et extrahere, tempore debito cupiunt, qua propter prouidendum est, quod Iudex per Ministerialem publice, quando opus fuerit debeat proclamare: Quod in tali Districtu loco et die tali, liber seu Acta ad extrahenda literas aperientur. Quicunq; ijs eas habere

vellent

uellent, seu asserent, pateant, Ratio vero Actorum perpetuum, etiam sub tempus Comitionum Regni celebrari debet. Vlad: Jagiell Cal 1429. Quod sit Liber Actorum, propter Sen

tentias Judicij inscribendas

Item Statuimus, vt pro Judicijs iuste expediendis et negotijs in Judicium deductis, scribendis fideliter, sint duo libri Judiciorum, seu Actorum in quolibet districtu. Et dum in aliqua causa in Judicium deducto, super aliquo Articulo, audita Proposicione et Responsione, fuerit in Judicio sententiatum: quod illa Sententia, in librum Actorum inscribatur et post eo super eodem Articulo, vel ei simili, simili. sententia proferatur. Casimir in Wiesloca 1454 Fol 93.

Actorum Castrens Libri, in Rotulis, sub clauibus, Palatini, Judicis Terre, et Capitanei, seruandi sunt.

Quia in quibusdam Capitaneorum Quorundam locis et presertim a preacto Alcionis Polonie consueuerunt inferri libris Castrens Inscriptiones indifferenter Vniuerse: et quoq; libri per successores Capitaneorum, in priuata loca deferri, quibus subditi Vri Inscriptiones et literas nō nisi cum difficultatibus, et nonnunquam grandi precio coguntur extrahere, nonnunquam vero propter nimiam depactationem non obtinere, quod fit contra omnem Juris Justitie, et Equitatis communis rationem. Quapropter Statuimus perpetuo obseruandum ut in omnibus terris Regni Vri Vacationibus Capitaneatuum generalium et particularium, per cessum vel decessum contingentibus libri Castrens eorundem cedentium, vel decedentium Capitaneorum de locis Capitaneatuum Vacantium, quoquam minime deferantur, sed sub testimonio reponantur, in Rotulis, in Civitate ad hoc Specialiter deputandis, quo clauibus Palatini, et Judicis Terre illius, in qua Capitaneatus consistit, et Capitanei pro tempore existentis, Claudi et Aperiri debeant. Joann: Alberti Fol: 109

Vbi Antiquos Libros Castrens conquiri, et in Rotulis reponi: sub clauibus, Palatini, Judicis et Capitanei,

Quoniam autem ad hanc ipsam Constitutionem inquiebamur Statutis et Diuinis, subditis Vri ob Carentiam librorum, eorundem Annis superioribus contingentibus: ideirco licet omnia Constitutio communiter ad futura referatur: tamen quia

Libri Capita

libri Capitaneor prtentor continent (ut verisimile est) non priuatam
Successionem Capnedum illorum prtentor, sed communem necessitatem
scire promittimus, volumus, et debemus, omnes et singulos libros
etiam vetustiores, quoscunq; ubicunq; apud quoslibet subditos nros
spirituales et seculares, cuiuscunq; status et conditionis, existentes,
intelligentes eius authoritate Regia nob rehabere, mandare, et et
efficere, eosdem prtentor Capitaneor, tam cedentium et decedenti
um, quam aliorum fruentium, reponi in Civitate, vel citius specialiter
que cum eisdem libris in Archivio Civitatum observabuns fideli
ter sub tribus clauibus prdictis, videlicet Palatini, et Iudicis terre
illius, ac Capitanei pro tempore existentis. Quo tandem citra et
libri aperiantur in Terminis Iudiciorum Terrestrium, et litere ex eisdem
sub Titulo et Sigillo eiusdem pro tempore existentis Capitanei, quibus
libet petentibus extradantur pro quibus prtentor Capitaneorum
literis, ipsi pro tempore existentes aliter salaria prhumant exige
re: quam exigi consueuerunt, pro actibus coram eis gestis, et scriptis
Et autem et quicquid prtentibus, et aliis his insertis et non insertis,
Regni statutis sancitum est, de quibus volumus eiusdem regis
in Alberti Petricouiæ 1496 Fol: 109.

De Libris Capitaneorum Maioris Poloniæ in Archivio Civitatis Posnanien conseruandis.

Errores vetustos abolere volentes, et statuta ob id condita appro
bantes, Decernimus: ut Capitanei Maioris Poloniæ generales, Siue
post mortem Siue per immutationem, libros Actorum Officii Sui Suo,
et quoq; alios prdecessorum Suorum, iuxta constitutionem vetusta
in Archivio Posnanien in conclaui reponant et retineant, et manda
mus sub pœna centum Marcarum, vt omnes quicunq; libros quorum
cunq; Capitaneorum, eorum qui Capitaneatus Maioris Poloniæ quondam
administrarunt, intra hinc et festum Sancti Baptistæ proxime fu
turum restituant, et in Archivio reponant. vt prmissum est. Capi
taneus autem modernus, sit obligatus valere diligentiam, in exqui
rendis libris huiusmodi. Quos quidem si qui restituere noluerint
totiens quotiens moniti fuerint pœnam centum Marcarum, fisco
Nri applicandam, soluere irremissibiliter teneantur. Si vero
quis, huiusmodi libros se non habere, contendent, sine iurando id pro
bare tenebitur. Quod eos non habeat, nec de eis Scit. Regis prac: de
1510 Fol: 11.

Aduitalitas

Aduitalitas

Omnes Aduitalitates Sunt Seruandæ

Aduitalitatum literæ a nobis concessæ, per omnia secundum earum tenorem, per nos seruabuntur. Sigism. Petric: 1538. B. 4.

Eadem Aduitalitates, et consensus, rata esse debent

Attamen Aduitalitates, et Consensus omnes, iuxta Statutum in robore relinquimus: et quæ Iuri communi non sunt contraria. Sigis. Aug. Petr. 1550.

Aduitalitates concessæ Seruentur

Aduitalitia omnia, iuxta Statutum, in robore conseruamus, quæ quidem Iuri communi non sunt contraria. Idem Ut supra Rex:

Formæ Inscribendæ Aduitalitatis

Comparentes personaliter coram Iudicio Nobiles N. de N. et N. de N. coniuges, sani mente et Corpore existentes, et Vsi amicorum consilio publice et per expressum recognouerunt, quia omnium bonorum suorum hæreditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium quæ nunc habent, et in post habebunt inuicem et mutuo concesserunt sibi Vsumfructum, ad tempora Vitæ suæ, tali videlicet modo Quod si præfatum N. prius, quam prædictam N. mori contingerit: extunc ipsa N. bona omnia, tam mobilia, quam immobilia prædicti N. obtinebit et possidebit, cum omni Iure et Dominio et proprietate, nihil excipiendo, illisque Vti fruetur ad tempora duntaxat Vitæ suæ. Post mortem vero prædictæ N. bona præfata tam mobilia quam immobilia, totaliter pleno Iure ad Successores prædicti N. deuoluentur sine quouis impedimento et Contradictione Successorum præfatæ N. Et similiter si contigerit prædictam N. prius mori quam ipsum N. extunc præfatus N. bona omnia tam mobilia quam immobilia præfatæ N. obtinebit et possidebit, cum omni Iure, dominio, proprietate, et omnibus eorundem bonorum pertinentiis, illisque Vti fruetur ad tempora duntaxat Vitæ suæ. post mortem vero prædicti N. bona præfata, quæcunque ipsam N. concernebant, ad Successores prædictæ N. totaliter deuoluentur: sine quouis impedimento et contradictione, præfati olim Mariti Successorum. Sigism: Petricouiæ 1529 Fol 46.

Æger

Tantum Rex mittet ad ægrotos.

Occurrendo difficultatibus hujus, quæ forsan suboriri possent statuimus: Quia nulli Officiales debent ad quenquam equitare, suscipiendæ Inscriptionis, seu Recognitionis alicuius causa, neque suscipere debebunt

pere debebunt ullius recognitionem, cuiuscunq; Status hominis, dunta xat circa Acta: cum fiet personaliter constitutus ad Acta Sanus mente. Quod autem attinet personam Nostram, hoc ita relinqui debet, prout fu it ad hoc tempus conseruatum, quia circa personam Nostram mittere nobis liberum erit, ad Vnumquemque ea re egentem, et in infirmitate decumbentem. Sigis Aug. Petricouiæ 1550.

Ager

Si quis excolat, vel seminet agros alicuius Violenter, semine careat in eisdem agris, seminato, cum pœna Pigtnadviesta. Casim: Magn. Villicia 1368 Fol: 28

Alienatio

Rex n' alienet terras Regni Poloniæ

Sed quia Corona Regni prædicti, per has Successiones possit aliquo modo diuidi, rumpi, uel quouis modo Violari, promittimus bona fide absq; omni dolo cuiuslibet fraudis, sub Sacramento Fidei Nræ, Ipsam Coronam Regni Poloniæ semper saluam, et integram, ac illibatam conseruare. et nullas terras, uel partes earum, ab ipsa alienare, uel minuere, sed eam augere et recuperare. Velut in Coronatione Nra, sumus et fuimus obligati Nostris munimentis. Ex Priuilegio Ludouici Cassouiæ dato 1375 § Reliqua de alienatione bonorum Regalium Vide Titulum Bona Regalia

Alienas res qui tollit in fundo n' dislimitato, quis citandus: Vide in Titulo. Cmetho.

Alueus Vide in Titulo Flumen.

Annatæ

Annatæ ne dentur Rom: Pontifici amplius: sed potius in defensionem Reipublicæ conuertantur.

Satisfaciendo postulationibus Dnorum Consiliariorum Nrorum Secularium et Nuntiorum Terrestrium, mittemus ad Sanctum Patrem Papam petitum Annatas, ut ne eas de Regno efferri permittamus: sed ut remaneant, pro defensione Reipbl. in Regno. Quod si easdem impetrare n' possumus, tum iam extunc renunciare illi debemus, easdem nos neq; daturos esse, neq; efferri ulla me permissuros. Sigismo Crac: 1543.

De eisdem Annatis.

Sacra M. Regia, inter alias Legationum causas apud Romanum Pontificem contendet: Vt annatæ maneant in Regno ad Reip tutelam Idem Rex Vt supra.

Anni Discretionis

Anni Discretionis

Sed licet tutores debent resignare bona Pueris postquam nacti fuerint Annos 15 tamen Pueri ante annum 25 ad possunt illa bona alienare, absq; consensu Amicorum

Item quemadmodum ex Statuto Communi, Tutores tenentur resignare bona puerorum, dum habent annos quindecim: pueri vero bona sua alienando vti debent eis, Sic nihilominus Jure Statuimus, quod si eis consuetum, quod ipsi pueri bona vendere, obligare & debeant, sine consensu amicorum, consanguineorum, donec habebunt annos viginti quatuor transactos. Consuet: terre Sal: Fol: 120.

Annus Gratiæ

Statutum Lutholdi, Epi Cracovien ad tempora Anni gratiæ

Statutum Domini Joanni Lutholdi Epi Scopi Crac est: quod quilibet Prælatus, Canonicus, Altarista, Plebanus, Vicarius et ex quocunq; Titulo beneficiatus, curatus, et non Curatus in Dioecesi Cracovien si moritur in primis tribus Mensibus Anni a Decessione Dni: habeat quartam partem omnium bonorum: ita tamen quod valorem suorum beneficiorum, sed Successori quicunq; detinquat ad seminandum proximum, si in tribus secundis Mensibus, relinquat ad seminandum medietatem, si in Tertiis tribus Mensibus habet tertiam partem, de fructibus hyemalibus ad quantitatem prædii & seminati Successori relicti Sed in residuis Mensibus, habet totum. Fol: 80.

Apes

Apum fur quomodo ex purgatur.

Petrus traxit Joannem ad Judicium: asserens, quod apes, seu mellificia ipsius, tempore nocturno furtive ad domum propriam deportabat, quod se offerebat probaturum, Joannes autem negabat se hoc fecisse. Sed dicebat, suum proprium mel (ut decuit) in domum suam propriam deportasse. Tandem Petrus per Judicem pluries interrogatus, si per eos, qui visi sunt apes, seu mellificia sua, per Joannem recepti, et in suam domum deportari, intentionem suam posset probare, respondit Petrus: quod talem testes de visu nullo modo posset habere. Nos itaq; statuendo decreuimus, in tali casu Juramentum Joanni imponendum: si alias fuerit bone famæ et per ex purgatione asserenti, quod proprium suum mel in domo deportabat. Cal: Magn Fol: 17.

De Apum mel-

De apum mellificiis

Mellificia in remonibus, seu Gorris, alterius Domini tenentes, aut sure hereditario possidentes, et ubi libet degentes, de tributis alias dari, seu melle, respondere tenentur Domino remonis: in quo huiusmodi mellificia habentur. Quod si in solutione tardi fuerint, tunc Dominus poterit pro tributo suo iudicare, et impignorare illos, et Dominus subquo gitur debebit eum defendere, sed ut eodem justitiam petenti teneb[itur] ministrare, ut de communi Mellendinatore, etiam in libro prius est annotatum. Vladislai Cal: et Carte 1453 Fol: 46.

Si quis Apiteria Succidat

Si quis autem arborem cum Apibus Succident: pro dampnum Marcam et Judicio alteram, qui vero sine apibus, tamen ad Apes aptatam arborem Succiderit, pro dampnum Marcam mediam, et Judicio pariter mediam convictus exoluat. Casimiri Magni Visliciæ 1360 Fol: 34.

Appellatio

Appellationes, etiam Rex in Comitiis Judicat

Item a sententia Judicis Terrestris, vel Castrensis, licet Vnicuique verbo ad Colloquia generalia: vel in defectu illorum ad Conuentum Regni appellare. Sed a Colloquiali decreto Term. Omnes appellatur. Poterit autem quilibet appellare, de Terminis predictis Generalibus ad Regiam Maiestatem, tanquam Iudicem Omnium Dominum Superiorem pro Justicia consequenda. Sigismundi Petricouiæ 1529 Fol: 37.

Vt Dominus a Sententia Judicis Castrensis vel Terrestris Vnicuique Verbo, ad Colloquia Generalia, vel ad Conuentum Regni appellare.

Casu vero, quo aliquis Jure victus existens Sententiæ Judicis Suæ pere noluerit, volumus id pro Jure obseruari: ut liceat Vnicuique a Sententia Judicij Terrestris vel Castrensis p[er] viam motionis Judicij Simpliciter verbo Appellare, ad terminos generales, tempore Quadragesimæ, annis singulis, totiens quotiens in locis ad id deputatis celebrandos. Quibus terminis Barones Regni, videlicet Palatinus, Castellanus, et ceteri Dignitarii seu Officiales terræ illius interesse tenebuntur, sub penis in Statuto contentis. Et in defectu termino rum generalium, pars appellans contra appellatam, in Conuentione generali Regni, extunc in proximo celebranda, causam hanc suam, Vigore

Appellationis

Appellad̃is sub huiusmodi poterit prosequi, et iustitiam sub expectat Judice: a quo prouocatum seu appellatum fuit. Sine quauis reprehensione remanente. Nihilominus Judicium, a quo appellabat tenebit partibus litigantibus dare in scripto Proponend, et Responiend et eorum controuersias ex Actis fiel: terminum p̃figere in Terminis generalibus, uel in defectu Terminorum coram Regia Maiestate. Sigism̃d Petric: 1529 fol: 37.

Vt eadem Appellatio, seu motio Judicis Castren̄ omisso Capitaneo, ad Regni comitia fiat

Quia sp̃ infrequenter accidere solet: quod ob longam Capitanei absentiam a Capitaneatu, uel alias ob causas, hnes in Judicio Castr̄ grauati, in assequutione iustitiæ negligunt, aut retardant. Decernimus ut deinceps in Causis, a Judice Castrensi, omisso Capitaneo ad Conuentionem generalem, iuxta prior. statuta, Motio fiat. Sigism̃d Petr: 1538 B. 2.

Appellare seu Judicem mouere liberum, qui uero non appellat: iam Sententia transit in rem Judicatam

Petrus agebat contra Matthiam Judicem: quod in causa, quam coram ipso habuit iniustam et iniquam Sententiam contra ipsum promulgasset, aqua tamen Sententia, quando ipsam Judex tulit, idem Petrus non prouocauit, nec appellauit, Nos itaq; huiusmodi Sententia Judicis quæ fuit aliqua prouocadne suspensa, declaramus transiuisse in rem iudicatam, p̃dictum Petrum ad p̃nam debitam, alias p̃ Judicibus expressam, condemnantes. Cæterum ad hæc de cætero statuimus ut si aliquis Judex ordinarius, uel delegatus, timore Dei postposito, utiq; Sententiam tulerit contra aliquem clientulum alterius parti ipsum condemnando, super hæreditate, aut alio re certo in Judicium deducta, propter hoc pars damnata, ad superiorem appellet.

Appellationem et motionem prosequi cuicuiq; licet.

De Appellationibus, seu motionibus, quæ a sententiis seu decreto Judiciorum Terretrium, Castrensium, et aliorum quorumuis, ad terminos generales, tempore Quadragesimæ, aliis tempore legitimo celebrandos, uel ad Conuentum generalem Regni p̃ extinc̃ proxime celebrandum fieri solent, Declaramus: et ita obseruari decernimus Vt tam appellanti, quam eius parti aduersæ, liceat Appellationem seu motionem prosequi in Conuentione generali, uel terminis generalibus quo illorum, post Appellationem factam prius celebrari contigerit, iuxta formam, in processu Judiciario nouis statuti, descripta. Sigism̃d 1532. B. 1.

Cum qui

§ Cum quis per Appellationem redarguit Sententiam, et reperitur lata iuste, quæ pœna puniri debet. Vide in Titulo. Sententia.
§ Appellatio ex Colloquiis ad Comitia fiat. Vide Titt. Colloquia.

Arbor Fructifera

Arborem fructiferam excidens, 12 grossos Soluat, cum pœna Pigtna d'Giesta. Alia de excisus arboribus in Syluis vide in Titulo Sylua Casim. Magn. 1250 Fol: 27.

Plantationes et insertiones pomarij destruentes et euellentes.

Statuimus et decernimus, quod si aliquæ plantationes, iam insertæ et radicatæ, euellantur et extirpentur, etiam si fuerint propriæ ipsius extirpantis, qui debet medietatem illarum plantationum dimittere in Solo Seu Area: pœna Sex Marcarum teneatur. Casim. Mag. Folio 27.

Archiepiscopus Gnesnen. vide in Titulo Elector Regis

Arestatio

Emetones etiam ne arestentur, in Ciuitatibus: Sed In loco domicilii, in Villis, iustitia de eis petatur. Quod si Dominus loci iustitiam de eis ministare noluerit. Iure impetendus est, alioquin pœna Sex Marcar. in Ciues Secus faciens, decernitur, per Capitan.

Item propter deordinationem Emetonum, dum videlicet tanquam nulla lege astricti, quidam eorum in Superbiam efferunt: pretiosis uestiunt, expensasq; Sumptuosas, et alia faciunt quæ illorum conditioni minime conueniunt, Sicq; debita inter ciues contrahunt excedentia bona Emetonialia, pro quibus tandem debitis. Ciues consueuerunt Emetones in Ciuitatibus et Oppidis arestare, detinere aut citare, Iure illo omisso, ad quod Emeto pertinet, domicilii pertinet me: Statuimus ad præcludendam debitorum Emetonalium viam ut Ciues pro debitis quibuslibet, quacunq; me contractis, etiam in libro Ciuili Inscriptis, uel non Inscriptis Emeto citare, Arestare, detinere neq; non debeant neq; possint in Ciuitatibus et Oppidis prædictis, sed pro eisdem decernimus Emetonem in Iure hæreditatis quam incolit conueniendum: iuxta formam Iuris. Et si Dnus iustitiam ministrare differret, essetq; Occasio Ciui, contra Dnum pro Iusticia conquerendi: tunc Ciuis Dominum loci conueniat pro Iustitia, Iure ad quod Dominus loci illius hæreditationis me videbit pertinere. Sub pœna Sex Marcarum, in Ciue Secus faciente et exigenda. Pro qua Ciues, ad loci Capitaneos ci=

taneos citabuntur, per medium, et parti et Judicio soluenda: absq; Jure terrestri repetenda. Et nihilominus Quis, ad damnorum Saludnem, et rerum quomodocunq; sibi ablatarum restitutionem, Ecclie illius Dno Vndecimo facit. Sit Jure Patentis Constitutionis obligatus. Quo in casu, locorum Capred habeant facultatem illos judicandi, non obstante, quod in priuilegio quatuordecim tactat Articulos sint cogniturj. Alber. Petri: 1496 Fol: 99.

De Arestandis Pecuniis.

Item homini possessionato, non debent pecunie arestari, excepto quod si minorem possessionem habet: quam illud pro quo citatur: tunc pecuniam fideiubebit ex Arresto, quia videlicet parebit Juri & Judicatis. Consuet: Cap. Fol: 129.

Boues, similiterq; alie res, si facie tenentur et arestentur, Capred iudicat, in Vna Septimana Termino prefixo.

Item Terminus facie tenus datus, alias qui facionatus dicit in Vna Septimana dari debet. Si dum res aliqua arestanda cum Ministeriali, tunc si constituit ille, apud quem fit Arestatio, ponit Terminum Ministerialis illi, apud quem est Arestatio facta, comparendi Coram Capred in Vna Septimana.

§ De Arestatione Emetorum fugitiuorum Vide in Tit. Emetor.
§ De Arestatione Impossessionatorum Vide Tit. Impossessionati

Aromata.

Quod Aromata aliquo sint pretio Vendenda.

Considerantes Nos, plerosq; Mercatores domesticos, et ad externos per monopolia: qui constitutiones suas Aromatum et rerum omnium exoticarum pretia, magis in dies augere, in magnum Vniuersorum subditorum nostrorum grauamen, Regnumq; Nostrum, pro libito suo emungere: in quo frequentior Vsus ipsorum Aromatum et aliarum rerum predictarum, quam alibi, esse solet: Volentes ea ipsa pretia earundem rerum, ad certos moderandi fines reducere, et ad communem Reipb! Vtilitatem conterminare! mutuo potius, quam paucorum commodo Consulentes! Statuimus et decreuimus! in Conuentu generali strictouien proxime ptenito, de consilio nostro Consiliariorum Nobilium existentium: Vt tam ipsa Aromata, quam etiam Vino propinatorio a Festo Resurrectionis Dni proxime futuro hoc ad Summum pretio Vendantur, et emantur: Videlicet Libra Piperis octo Grossis, Libra Croci Vna Sexagena: Zinziberis libra octo grossis

Caryophyllorum

Caryophyllorum, media Sexagena: Libra Cinamomi, media Sexagena: Libra Florum Muscati media Sexagena: unus lapis Sacchari Vna Sexagena et quindecim grossis: Olei Oliuae Vnus lapis quadraginta grossis, lapis Amigdalarum Venetarum tribus ferronibus, lapis uero Amigdalarum quae ex Gedano afferunt triginta grossis, lapis Vuarum passarum minorum triginta grossis, Vuarum uero passarum majorum lapis quindecim grossis, lapis Risi octodecem grossis, Vna libra Cynimi uno grosso, Vini Sermien una quarta Vno grosso cum medio. Vini uero Terrestris Hungarici una quarta Vno grosso ad summum soluat et emetiat. Malmatici Graeci una quarta duobus grossis. Malmatici Italici & Muscatellae una quarta, pretium trium grossorum non excedat. Qui autem Aromata, et res praedictas pretio statuto uendere non posset illa ad regnum inferre et educere, nullo modo audeat sub amissione earundem rerum, quas contra prohibitionem Nostram aduexerit, seu uendiderit. Statuimus insuper & decreuimus, ut aurum et argentum filatum, etiam sub Amissione et Confiscatione illorum nequaquam deinceps ad Regnum Nostrum uehantur & uendantur. Vt autem huiusmodi Constitutio Nra effectum suum accipiat, Vobis omnibus supradictis cuiuscunque ordinis, et conditionibus existentibus districte mandamus Vtab ipso festo Resurrectionis Domini proximo, nemo maiori pretio quam supra expresso, Vinum Sermigen et terrestre Vngaricum nec non Malmaticum, et aromata aliasque res praedictas, sub eadem Amissione, ubiuis in Regno Nro uendere, et praedictum Aurum et Argentum filatum, amplius in Ipsum Regnum Nro inferre audeat sub earundem rerum Amissione. Quocirca uobis et praesertim loci Capitaneis et eorum Vicesgerentibus ac Ciuitatum et Oppidum Proconsulibus et Consulibus mandamus: ut hanc Constitutionem Nra in Ciuitatibus et Oppidis, et apud Ecclesias Parochiales, diebus festis, per publicam proclamationem, ad Vniuersorum quorum Interest Notitiam denuntiari faciatis. Vos uero Palatini et Capitanei, in custodiendo et peruestigando, ne quis eandem Constitutionem Nram transgrediatur, curam et diligentiam omnem, Vna cum Theloneatoribus, quos uobis ad hanc curam et custodiam adjungimus adhibeatis: et quoscunque offenderitis uel deprehenderitis, in inuectione et Venditione aliquarum rerum expredictis contra hanc ipsam inhibitionem Nram excessisse easdem res pro fisco Nro Regio Capiatis, et pro nobis fideliter et integre Conseruetis, sub poenis contra Capitaneos et Officiales negligentes statutis, et pro gratia Nra, aliter non facturi. Sigismundus Crac: 1524.

Aromatarij

Aromatarii.

Doctores, medici, Apothecas, et Aromatarias quotannis reuideant

Quia plerique sunt Aromatarij, qui non habitis rebus ad medicinas necessarijs, unam pro alia ponere solent: uel ex rebus uetustis et euaporatis ipsas medicinas conficiunt, unde plerique breui uenire solent in magnum uitæ periculum. Statuimus et decernimus ut deinceps Doctores medicinæ in Ciuitatibus ubi degunt Apothecas et Aromatarias diligenter singulis annis reuideant eisque ipsi Aromatarij omnia exponere et ostendere teneantur sub pena priuationis Apothecæ. Doctores uero tales Aromatarios uel contumaces uel non habentes res necessarias et ualentes, nobis et consulatui deferre, et manifestare teneantur sub gravi Ind. Sigism. Pesth 1523 Fol: 31

Auena

Ciuitates & Possessiones ab auenæ tributo liberæ.

Item omnes incolæ terrarum Ciuitatum et Possessionum de Auena solita, quam nobis soluere consueuerunt, ad decem annos duntaxat nobis respondere sint astricti, quibus euolutis, ab huiusmodi Auena liberi sint, et exempti. Vladisl: Jagiel: Fol: 52.

Russia etiam a Tributo Auenæ libera

De Auenæ uero contributionibus, nobis ad tempora vitæ suæ Russia respondebit. Vlad: Jagiel: Pesth 1499. Fol: 52.

Aureus Nummus.

Aureus Vngaricalis 30. Grossis æstimatur.

Item cum cerneremus uarietates committi multas, in ualore Aurei Florenorum, cum quilibet uniuersi libet illos pro priuato æstimandi iudicio, interdum majorem interdum minorem æstimando: quod fit, non absque suorum incommodo. Jugiter ordinare cupientes ne in futurum pro et super ualore ipsorum Florenorum errores committantur. Statuimus et decernimus, ut in Regno nostro ubique ualor floreni certus uidelicet medij sexagenæ habeatur, obseruetur, et teneatur, penam contrafacientes Florenos Vngaricales, ab illis qui peraliud ualore, aut tenore aut emere Florenos uiderent, per locorum Capitaneos irremissibiliter sub priuatione Capitaneatuum exigendum, nec inferenda erunt, pro Auro argentoque ad Monetam hanc comparandi. Item Albæ Petricouiæ 1496 Fol: 103.

Postea 22 Grossis aureis æstimatur

Cum ex auri conge[rie] opertum fit incrementum, quod quidem tantomi
nus haberi consueuit: quanto major uenderes. Vt igitur subditis hu
iusmodi opitulemur, ad accessiones opulentiores, quæ ex auri fiunt co
pia, decernimus et statuimus, quod valor floreni Ungaricalis 22 Grossis
non excedat, aliter emens et uendens puniatur iuxta constitutionem Rom
ani anni proxime, alias juxta constitutionem Alberti Regis, fratris
Vlri. Alexan: Radom: 1505 Fol: 110

Bannitio

Si bannitus defenderet sua bona

Post factam bannitionem, in quantum idem uictus, bona sua sine a
lio defenderet, executioni brachij Regalis se opponendo, extunc iux
ta Regni statutum, Vniuersa Nobilitas terræ, districtus eiusdem, in qui
bus bona Victi consistunt, vna cum Capitaneo loci mouebitur, cum ap
paratu bellico, contra victum rebellem, ita quod poterit in persona sua
comprehendi, talis cum complicibus suis comprehendatur, et magni
patus turri includatur: et ipsius vita in gratia consistat. Sigism
1523 Fol 36. De sublatione Bannitionis

Sublatio Bannitionis, quæ dari consueuit malo progressu Iudi
prædente, quando prorogari debet, tenebit is, cui datur, citare par
tem ad Officium, quando talis sublatio prædamari debet, ibidem
probari debet, quod nullum fraudem suis omisit, probando, contra se
malum processum esse. si uero id non demonstraret, tum talis sublatio
locum habere non debet. Sigis Augs 1551.

Bellum quale et quem ob finem

Item ut expeditio bellica ordinato modo fiat ad tuitionem Regni et non
eiusdem destructionem cedat. Sigism: Retr: 1523. Fol: 92.

Bellum in Comitijs decernatur: exsperato casu excepto.

Item petimus, quod rex teneris ad bellum mandari mouebimus
alijs Conuentione communi, in singulis terris instituta. Cassim: in Mo
dra Fol: 95

§ Exceptio. Quia tamen incerta est futurorum euentuum cognitio,
nec aduersus illos certa consilia dari, aut prouisiones fieri possunt
erit in potestate Nostra ex decreto plenæ Conuentus generalem
belli motionem fieri, ubi talis necessitas ingrueret, ut illi per præsidia
decreto obstari non posset. Sigism Cracouiæ 1527.

Conuentus Bonin

Conuentus Prouinciales, bellis quoq; antecedent:

Item quoniam conuenimus, cum Vniuersis subditis nris, ut quam libet expeditionem bellicam, generalem, Conuentiones particulares in locis consuetis, secundo consuetudines ex Antiquo seruatas, precederent, itaq; statuimus quod nos, successores q; nri quotiescunq; expeditionem bellicam uellemus indicere, seu uellent, ne celitate quauis exposcente: totiens Conuentiones particulares subtituere debebimq; et debebunt, Videlicet Terrigenis Cracouien terre in Wislodie, Sandecensis & Biecensis in Zechow Sandomirien sis in Lowe Wladislao Maioris Polonie & Cuschowen sis, in Lodo: Wadien & Vielunen: in Siradia, Lancicien & Cuiauien et Dobrzyn in Brzesciu Dobbinen in Lipno, Rattinen et Sochaczewien in Lypno: Rawen in Rawa: Lublinen et Zulquien in Wlodaw: Chelmen: sis in Rubieszow, Belzensis in Busko: Premisliensis in Mosciska: Podolie in Kamieniec: Sanocensis in Sanok, Leopolien in Lwow Halicien in Przeworsk, ad consulendum Necessitati, tunc fortassis nobis & Regni Nri imminenti, Joan Alber 1495 Fol: Cx

S. Similis. Bellicam expeditionem generale uisi deliberate et ex legitimis tribus & Causis et necessitate publica futuris temporibus instituemus, secundum dispositionem statuto nr premissis generalibus particulari Conuentibus. Cum uero expeditio bellica per instituta, ad illam immutandam, Conuentiones Iudicii nr deputatas cum ex decreto et publicata expeditione, preparationes ad bellum Nobiles fecerint, si eodem tempore contribuere cogerentq; duplicii sumptu onerentur. Sigismund 1520.

Literæ Bellium bello præmittendæ.

Statuimus et Ordinamus, quod dum bellum generale, iuxta statuta antiquitus per nos et Successores Nostros edictum fuerit extunc in literis Bellium, Seorsim siue Successiue mittantur, et in illarum literis Bellium, nominabitur dies Conuentionum particularium in singulis districtibus. In quo tempore Castellani districtuales tenebuntur cum Nobilitate conuenire et constituere inter se nominatim diem ac locum, ita quod Nobiles districtuales cum suis Castellanis, ad locum generalis belli designatum procedant. Et Castellanus, in profectione de Nobilitate congregandis, super omnes et singulos districtuales fuerit inobedientes autem nobis existentibus Pœnas deferat. Quod si deferre neglexerint, extunc damna passis persoluat. Si quem idem Castellanus, Cognitione Vel alia aliqua causa absens fuerit, ne potent transire extunc in loco Sui alios idoneos Nobilem deputabit ad premissa. Sigis. Cracou 1520 Fol: 25.

Qui a bello libe

Qui a bello liberi sunt

Item statuimus, quod in eisdem Conuentibus particularibus, licebit eisdem Castellanis, egrotos ad bellum proficisci valentes, cum aliquibus Nobilibus reuidere, et tandem Nobis et Successoribus Nris deferre. Idem inde coram nobis et Successoribus Nris nomine talis egroti, testes quatuor Nobiles idonei nominabuntur. Qui testes quatuor uel alii electi Nobiles testes nominandi, iurare debent. Super uera infirmitate, cuius dem egroto conualescente. Sed si ipse infirmus cum quatuor testibus iurauerit, super uera infirmitate, extunc talis egroti bona impetrata, debent eiusdem domadem Nam, uel Successoni suum effectum sortiri, et nihilominus talis egrotus expeditione debitam subiret bellicam. Sigism in Syd gnesz 1520 fol: 25

Similit. Cauebimus deinceps nos et posteriori Nri, ne aliquem qui ad obeundum seruitia bellica, secure esset obligatus ab expedi ne bellica generali libere et exempte fuisse uel pretendat, seniores confectos, et in necessitate Regni existentes, et preter hoc Capitaneos illorum locorum, ubi sunt Iudicia et in limitibus Regni arcibus presidentes. Sigism: Petric: 1598 fo. 4.

Similit. De liberandis hominibus a bello, iuxta ueterem constitutionem et consuetudine communem Nri, nos conseruabimus. Sigill stuhl 1550

De bello Lustratio Militum.

Lustratio omnium ordinum Spiritualium et Secularium Ciuium et Colonorum, ad profectionem expeditionis bellice fieri debet in Festo Regno una die hoc est in Festo S. Adalberti anni proxime insequentis 1545 Interea autem debent sese parare. Quomodo autem et coram quibus hec Lustratio fieri debeat, tum in Palatinatibus, an in Terris siue Districtibus in proximis Comitiis de consensu omnium Ordinum statuetur. Quod si Lustratio hac post expletione rerum omnium ad eam pertinentium effectui suo erit sortita, nihilominus alio nisi constituendo erit, nisi ex Comitiorum Decreto hoc ipsum institutum erit 1545 fl.

Spiritualis si se in Lustratione absiterit

Quando Lustratio hac effectui sortietur ad diem subscriptum, quisquis tum is qui per se, quam is qui per alios expeditionem facere debet exhibere se debet, iuxta facultates Suas et modum superscriptum. Quod si quis Spiritualium fecerit, pena in eum decernenda qua fuerit in Synodo constituta, qua cum exacta ab aliquo fuerit in utilitatem

Reipublice ac de

Regi cedere debebit. Si vero Seculares is fuerit, ea pœna afficietur quæ in Comitiis proxime futuris erit constituta. Quod ipsum de Civitatibus et earum expeditione, similiter de expedito Colonorum intelligi volumus.

De bellum Lithuanorum expeditio

Quod Magnum Ducatum Lithuaniæ attinet cum esset negata. Ill. Regia, ab Universo Congregatione Comitiorum, a Consiliariis et Nuntiis Terrestribus, ut illius Ducatus Subditos suos eo adduceret quo et ipsi, ad similem ordinationem & expeditionem generalem venirentur, unacum exercitibus Regni, adversus hunc supremum nominatum hostem. Quamvis sit Ill. Regia esse id in potestate sua ut liceat illi, quandocunque libet, imperare subditis suis Magni Ducatus Lithuaniæ, ut ad bellum quocunque iusserit proficiscantur, pollicito est. Quod ad Regni homines ad eam expeditionem, contra talem hostem profecti fuerint, fore: ut etiam Ducatus, Ill. Lithuaniæ hines secundum facultates suas, ad eandem expeditionem, cum illis se coniungant. Quando tamen Consiliarii Regni sui tam sollicite ad de re cum eo egerunt, ut eo adduceret subditos sui Ducatus sui Lithuaniæ, ut in suscipienda propugnatione in hanc partem, uni alteris adiungentes contra eo hostem, qui eo quoque parti vicinus est Regno adsint. et Nuncios ad contentiendo, in primum generalem Conventum mittant, cum intelligat. S. Ill. Ma. se nihil eiusmodi promittere aut constituere posse, de Magno Ducatu Lithuaniæ, re ad Consiliarios eius relata, illud in se recipit quod omnem curam et diligentiam adhibeat, ut ex Ducatu Lithuaniæ ad hanc communem expeditionem, per legatos suos ad proxima Comitia mittendos cognoscat, et eo bono Deo: quando quidem ab Ordinibus Regni, fraternum illi propitietur subsidium, quo et ipsi quod summum potenit auxilium laturi. Regno ferre. se venturos sunt.

De Prussiæ expeditio, Zatoriensis et Osviecimen

Terra Prussiæ, quoniam Ultro se factum receperunt, ut contra universa, facultatibus suis, nobis et Regno huic se defendent. mittet. S. Ill. Consiliarios suos ad Comitia, quæ in Majoellense Castro emburgengi habebuntur, ut omnia eorum quæ facta est hic illis declarent. et ad eandem illos. inducant. hoc idem de Zatorien et Osviecimen promisit.

De bellis genera

In bellum Generalis expeditio quando fieri debeat

Expeditio autem huiusmodi generalis fieri n̄ debet: nisi certum sit, et indubitatū (quod Deus omen obruat) hostem rupto fœdere, quod ei cū cum S. R. M.tte intercedit, aut ipsum per se in Regnum hoc impressionem facere, aut ingentem vim suorum populorū, qui eius Imperio subsunt, ad depopulandum Regnū mittere velle. Quibus veteri debita expeditione resisti n̄ possit: quando quidem eiusmodi expeditio contra extremā vim et potentiam de consensu omniū ordinum est decreta

Hæc ordinatio, et si ita decreta est quia tamen Nuntii Lithuaniæ, Prussiæ, Zathorien. et Oswiecinen. ducatum desiderabantur, a quibus consensus, ad mutuā et reciprocam huiusmodi inter se bellicæ defensionis Coniunctionē, videbatur necessarius, statutum est et ab omnibus Regni ordinibus receptum, ut hæc omnia ita conscripta et conclusa suspensa ad proximum Regni Conventū maneant, hac adiecta conditione, ut si istorū supra expressorum Ducatuū Nuntii, ad Conventum Regni futurū, cum pleno mandato missi, ea in suos pro utilitate Regni receperint, quæ regnicolæ sustinere ad illorū commodum volunt, tum quæ sunt conclusa sigillo M. Regiæ communiantur, et confirmentur omnia. Sin minus: abrogata omnia, et nullius roboris esse censeantur, et sit liberū, aliud in Conventu Consiliū, de imminentibus periculis capere. Si vero (quod Deus auferat) hoc anno, antequam alia Comitia habeantur, magna vi hostis impetum faceret, modo supra scripto, tum hæc constitutio ad defensionē Regni, et ad resistendum hosti, robur habere debet

Consiliariorum consensus in expeditionē generalem

Quibus quidem Constitutionibus, infra scripti Dni Consiliarij, manibus suis propriis subscripserunt. Petrus Archiepp. Gnesnen. et Epp. Cracovien. Nicolaus, Vladislavien., Sebastianus Posnanien. Samuel Plocen. et Vice Cancellarius, Joannes Chelmen. Episcopi. nec n̄ Joannes Comes in Tarnow Castellan. Cracovien., Petrus Kmita Comes in Visnice Cracovien. Janusius Comes in Labissin Posnanien., Petrus de Sluzewo Calissien. (et cæteri plures Dignitarii et Officiales atq;) Palatini.

De Prussis iterum, Zathorien. et Oswiecinen.

Tametsi vero Incolas Ducatus Prussiæ iam eo adduximus, ut contra violentū hostem, nobis et Regno Nrō omnibus facultatibus ac eam Iugulis suis, se auxiliaturos receperint, quia tamen subditi Regni Nri Poloniæ, minus quā oportet, illos sese facturos promisisse affirmant, quod scilicet tantum contra violentum et potentem hostem auxilia ferre, n̄ autem singulis Annis, communē

Annis, communem et solitam defensionē sustinere deberent, cum ipsi non solum in ipso re, sed in omni necessitate illorum, quo minus eos defendant, nihil deficient. Quodq; sciant ipsos in Chronicis suis habere descriptum. Quia ipsimet, ut liberarent eos omnibus et seruitute. Odinis, uirtute ac potentia sua adjuuerunt, ut omnino libertates eorum, sanguine suo militari redemisse atq; mercatos esse, sit confessum. Illis ergo promisimus et promittimus, nos deinceps velle consiliarijs Nris, et subditis terrarū Prussiæ in ijs comitijs edicere: et Nuncium Nrum ad eos mittere, consilijs ipsos eo adducendo, Vt sibi contra violentiorem hostem, uerum eā ut uniformem singulis annis defensionem, contra quascunq; Reip hostes, cum subditis Vri Regni communibus viribus sustinerent. Quæ quidem in re si Vestris consilijs, et adhortationibus obsequi voluerint, tum in primis comitijs Regni Vri, Consilia Senatus Vri eo nomine exequemur. Quid nam deinceps, in eo negotio facere debemus. Quod autem de Ducatu Prussiæ scripsimus, hoc idem etiam de Ducatu Osiriensi et Gasconiensi facere volumus et polliceamur. Cracouiæ Feria 2da post Epiphaniæ 1548.

De bellum militum expeditio et quod intra fines Regni militare cogantur.

Sed quia in armata militia, honor Regis, et defensio totius Regni dependet, tenetur igitur quilibet miles secundum quantitatē et facultatem bonorum suorum et reditus ad Regni certis armatis hominibus seruire et prodesse. dum modo bona illorū sint libera, et de iure militari instituta, et alijs omni uexatione conseruentur. Decernimus etiam quod Ciues & Nobilis Vri terrarū Prussiæ, nobis et Nostris successoribus, in Regno Vro Poloniæ quanto melius & efficatius poterint, teneant militare, et armis se instruere et seruire. Sed extra Regni metas, nobis seruire non sunt obligati. nisi ipsis satis competens satisfactio per nos impendatur, uel per nos specialiter fuerint petiti et ad hoc rogati. Cracouiæ Cassimiri Anno 1360 Feria 2da.

Quamno in Regno Pacis sit persoluat: et ex Captiuitate liberet.

Quod si subitus hostis, in dictum Regnum inualescet, tunc Nobiles ipsius Regni, ad repellendam eorū seuitiam occurrant cum omnimoda eorum potestate. Demum si Pater et Noster fœlicissimus Regiminis tempore pro aliqua expeditione faciendo, ultra fines Regni ipsius

res Regni ipsius, procedere non expediat, vel eadem expletis, cum inimicis quibuscunq; in eadem expeditione, conflictum seu bellum facere et inire contigerit, et aliqui ex ipsis in eodem conflictu capti et detenti fuerint, damnaq; parua vel magna perceperint, in rebus et personis ipsis plenariam satisfactionem impendemus. Et Priuil: Ludo: Ca. Louis 1270 Fol: 40.

Extra Fines Regni in bellum Proficiscentibus, et pro Captiuitate, et pro damnis, Rex Satisfaciet.

Item promittimus et spondemus, quod dum ad requisitionem Nram, Nobiles Nostri Regni, extra metas eiusdem Regni nostri ad repellanda hostium incursiones transferre contigerit, ipsis Satisfactionem condignam pro captiuitate obtentis damnis Nobilibus faciemus. Illetus vero seu quicunq; de Expeditione Regni premorati, nobiles ab insultu et incursu domi ond & hostium, propriis sumptibus tueri debent, et omnimodo teneant. In casu vero quo aliquis emulus Regni Nri quocunq; modo Regnum Nrm intrauerit, & cum eo conflictum intra metas eiusdem Regni terrigenas Nras facere contigerit, eisdem terrigenis pro Captiuitate duntaxat, siue vero extra metas id ipsum fieri contigerit, tunc et pro damnis si qua (quod absit) incurrerint, et pro Captiuitate Satisfactionem condignam impendere. Ex Priuil: Vladisl: Pedn & 1499 Folio. L.

Qui Captiuum adduxerit, Sexagenam pro premio tollet. Extra fines Regni proficiscentibus quinque Marcas dabuntur.

Si quis ex Nostris Baronibus, Nobilibusq; Proceribus, seu Terrigenis aliquem vel aliquos, captiuum vel captiuos cuiuscunq; Status, conditionis, aut eminentiæ captiuauerit, illi vel illis promittimus a quolibet huiusmodi Captiuo, dare et soluere unam Sexagenam monetæ in Regno Currentis, et reuipere pro nobis Captiuum deputandum: exceptis Ciuibus et Plebeiis, quos ille vel illi deputent, qui eos adduxerit, seu adduxerint captiuandos pro libito suæ Voluntatis. Item quod quando ipsis prefatis Nris terrigenis, extra metas Regni Nostri, expeditionaliter exire, seu se transferre mandabimus seu mandaremus, quinq; Marcas super quamlibet hastam, dare, soluere, et distribuere promittimus, in ciuitate Nostra Posoniensi cuiuslibet districtus, seu antequam metas Regni Nri exiuerint prædicti. Ca. Si vero seu successu temporis se offerente, dum infra spatium duorum Annorum, post distributionem peruenerint, sic ut promittitur factam, ad expeditionem ipsam processerimus, extunc iidem Terrigenæ

ab huiusmodi

pecuniis et seruitiis, nō prædictarū pecuniarū faciendis, erunt soluti penitus et exempti. Si autem infra decursum transitū faceremus, ex tunc prædicti terrigenæ, ab eisdem pecuniis et seruitiis prætextu earundem sint absoluti. Vlad: Iagiel: Fol: L I.

§. Similis. Item pollicemur, quod dum et quando nos extra fines Regni Nri expedicionaliter proficisci contigerit, omnibus terrigenis Nris, nobiscum euntibus, exoluemus iura terrestria, videlicet super quālibet hastam, quinq; Marcas. Pro damnis eam et captiuitate, ipsis satisfaciemus, iuxta quod ipsis a Nostris prædecessoribus est concessum. Casimir in Nieszowa 1454 Fol: XCIJ.

§ Similis. Nobilitas suis propriis ceruicibus, a casibus bellicis, Regnum Nrum consueuit et est astricta

De quibus bonis, expeditio fiat, hoc est ut e diuersis Districtibus expeditio certa fiat.

Statuto Vetusto Innitentes constituimus, ut terrigenæ in diuersis terris domicilia habentes, omni tamen fraude submota bellico seruitio ex eis bonis, ubi eos Bestes præuenerint, propria persona, de aliis autem bonis, expeditione congruenti satisfaciant, at uero secus facienti fraus et dolus non patrocinabuntur. Sigism Crac: 1510 Fol: 14.

Filius non emancipatus, pro patre: et Frater indiuisus, pro fratre, militare possunt.

Itē Statuimus, quod si quis ex terrigenis Nostris habuerit filiū adultum, et indiuisum, aut frater fratrem, potentem ferre arma: poterit ipsum (etiam sine licentia Regia) ad expeditionem uice sua mittere, qui supplebit locū eius, tanquā solus personaliter interesset. Sic tamen, quod ipsum eo modo expediat, sicut ipsemet iturus esset. Casim in Nieszowa 1454 Fol XCV.

Armigeri ne damna dent, stationes in Campis faciant.

Expedit Reipb ut subditi quiete uiuant et quod nulli noceant, et in Virtutibus conualescant, quidam tamen prætereuntes ista, ueluti Regis transgressores, quod cum per terras proprias pergunt ad expeditionē bellicam quasi hostes, infinita damna pauperibus (etiam plura quam hostibus) inferre nō uerentur, per quod terræ Nræ maxime deuastantur. Volentes itaq; huic periculo, de remedio opportuno prouidere. Statuimus: quod quotiescunq; ad bellicam expeditionē fit progressio, nullus in Villis stationem faciat, sed in Campo, nec rapinas in equis, pecudibus, pecoribus uel in aliis rebus committant, sed solummodo pabula recipiant moderate pro suis equis, nec stationes faciant de lignis in Syluis, Gaiis, aut Bubetis

Rubetis, pro ædificiis Valentibus, ut ex hoc ædificia villarum, integra & illæsa permaneant. Et si quis, velut temerarius, huius Statuti violator fecerit contrarium, domino illius Villæ aut cui damnum est illatum, damna restituat. iuxta Sacramentum cum restitutione ablatorum super ablatis præstitum, cum pœna pigtnadziesta ad hoc apposita, et nihilominus alia similis pœna cedat nobis, occasione Violationis Statuti. Per hoc tamen non negamus, quin pabulum moderatum equis et Victus ipsorum, sine quo transitus alias non possit haberi, recipiatur. Casim. Magn. Visli: 1368 25.

Contra raptores, maiores etiam pœnæ statuuntur, et taxatio rerum uenalium in bello, describitur.

Quanquam felicis recordationis Casim: Rex Poloniæ, prædecessor Noster, cum nonnullis principibus Terrarum, Regno et Majestati Suæ contrariantibus per multa tempora, bella et expeditiones habuerit, fecerit, tenuerit, et exercuerit, nunquam tamen, tempore felicis Sui Regiminis Regni, per bellatores, tot et grauia damna, pericula, Sacrilegia, effractiones Ecclesiarum et deuastationes bonorum Ecclesiæ et Monasteriorum ac aliorum bonorum fuerint, nec sunt, tot et grauia, uti felicis tempore Nri Regiminis Regni (quod condolentes referimus) perpetrata et Commissa, statuerat enim, ac laudabiliter ordinauerat præfatus prædecessor Noster cum Prælatis et Dnis Regni Sui. Quod omnes et singuli Regnicolæ ad expeditionem euntes, quocunque nomine censerentur nunquam in Ciuitatibus Oppidis, Villis, allodijs et aliis bonis tam Ecclesiarum et Monasteriorum et Secularium quæ ædificia habent, sed in Campis, uel rubetis, stationem facere, nullasque rapinas bonorum quorumcunque et Violentias cuiquam inferre debuissent. Item statuerat cum Prælatis et Dominis prædictis leuiori comparatione expensarum ad expeditionem transeuntium, et Vtilitate Regni pensatis. Quod euntes ad expeditionem, pro expensis suis comparandis, bouem pro Media Marca, Vaccam pro Octo Scotis, pro Tertone porcum, Mutonem pro duobus grossis, duas Aucas pro grosso uno, Sex pullos pro grosso Vno, Capetam tritici pro duobus grossis, Capetam Siliginis pro grosso Vno, et Capetam Auenæ similiter pro grosso uno emere debuissent. Quod statutum per longam Consuetudinem terrigenarum Nrorum, fuit et est tentum et laudabiliter obseruatum. Sed tempore felicis Nri regiminis Regni, quorundam Incolarum Regni Nostri detestanda peruersitas, nesciens abstinere a Venetitis, nec debito more gaudere concessis modo tam laudabile statutum in abusum damnabilem deducendo, non tantum præmissa, sed multo plura et maiora mala, quæ Diuinæ Maiestatis offensam, Regnique Nostri

desolationem

desolationem inducere uident, feruciter perpetrando, cum milit. prout ex subditor Nostrorum quorumlibet et quotidie clamoribus percepimus et nos ipsi certa experientia probauimus. Et quibus in Regno nostro, multa scandala, magna pericula, et grauia incommoda, nec non destructiones Ecclesiarum & Monasteriorum sunt secuta, et amplius sequi (nisi celeri remedio succurratur) verisimile est, in futurum. Nos igitur premissis, et aliis malis occurrere, et indemnitatibus Regni Nostri, et Ecclesiarum Monasteriorumq; prouida circumspectione prouidere cupientes tam laudabile statutum predicti predecessoris Nri, de consilio pariter & consensu, Prelatorum & Dominorum Regni Nri approbantes, illud auctoritate Nra Regia confirmamus, Nostris nobis dantes in mandatis. Quatenus tam laudabile statutum in Ciuitatibus et Oppidis Regni Nri ac ipsius confirmationem et approbationem publicari et proclamare faciatis, illudq; ab omnibus regnicolis Nostris, sub obtentu gratie Nre, obseruari precipiatis. Transgressores uero ipsius nobis et illis quibus damna intulerint, penam sexcentarum Grossorum alias 14 Marcarum uel maiorem penam illius uero per cuius terrigenas predicto Statuto contrauentum fuerit, unum cum illatis damnis & iniurijs soluere tenebuntur. Quod damna et iniurias per illius solius iuramentum cui illata sunt, quicunq; ille sit, coram nobis probare debent. Excepti Pontificibus, qui cum Regni ex diuersis causis, in remotis partibus causas agere habent, Procuratores ipsorum discretos et idoneos Spirituales uel Nobiles Seculares, nobis istud postulent. Nobis nichilominus, huiusmodi transgressores Statuti Prefati Nri, approbacione et confirmacione, iudicandi, condemnandi, ad satisfactionem compellendi et puniendi omnibus dilationibus remotis, omnimodam damus et committimus facultatem, mandantes Vobis, omnino; habere Volentes, Quod Prefatum Nrm approbacionis & confirmacionis huiusmodi literas in libros terrestres de uerbo ad uerbum ad perpetuam memoriam, scribi et inseri faciatis. Nos igitur Vladislaus, Dei gratia Rex Polonie &c. hoc laudabile statutum superius notatum, Serenissimi et Augustissimi Principis & Domini Casimiri Dei Gratia Regis Polonie predecessoris Nri renouantes confirmamus et ad libros Iuris terrestres scribi et notari iussimus, prout inter, in statutis, eiusdem Dni Regis Casimiri continetur ac in omnibus prius enarratis, obseruari et teneri fecimus, de consilio Prelatorum & Dominorum Nostrorum. Vladislai Jagiello confirmat statutum Casimiri Magni. fol. 63.

¶ Quod si uos aut aliquis Vestrum in exhibenda iustitia iniurias aut damna passis, postquam per eos requisiti fueritis negligentes ac remissi fueritis, potent persone Ecclesiastice, contra nos et quemlibet uestrum pro huiusmodi negligentia, uti fore spirituali, et per Vicarios Ecclesiasticos censuris Ecclesiasticis compellere, quibus uos subiicimus.

Volumus tamen

volumus tamen esse in optione, et arbitrio cuiquid aut damnu passi, quod possit et valeat, super damnis et iniuriis sibi illatis ad Ecclesiam et Clerum fidem pro iustitia exercere. Mandamus vobis et uicui libet vestrum omnino habere volentes, quod presentes nras et uicui libet vestrum quibuscumq; approbandis et confirmandis literas in libro regestri de verbo ad verbum de perpetuam rei memoriam scribi et inseri faciatis in testimonio futurum ord. seus sic grā sub obtentu ad faciendi. Actum et datum Petricouie in Conuentione generali, Sabbato p.x.t festū Sctor Apostoli a° 1457 nrō sigillo presentibus appenso et presentibus ibidem. Reuerendissimis in Christo patre. Dno Domino Joanne Sancte Eccle Cracouien. Archiepiscopo et Primate. Thoma Cracouien. Joanne Vladislauien Cancellario, Andrea Plocien. Epis, Venerabili Joanne Lutomisl de Wrocz Stiuisz Juris Doctore. Archidiacono Cracouien Vicecancellario Regni Polonie nec nō Magnificis Comitis, Strenuis & Nobilibus Joanne de Tarnow Castellano et Capitaneo Cracouien Stanislao de Ostrog Calisien. Dersław de Rytwiany Sradien, Petro de Oporow Sandomirien Palatinis et aliis Sincere nobis dilectis Sub sigillo nrō presentibus appenso in fidem premissorum. Ad relacionem ejusdem Reuerendi Patris Dni Joannis Episcopi Vladislauien & p. Cancellary. Casimir III Petricouie 1457 Fol. 65.

In bello damnum passi, quo Jure & per ni debent præsertim Spirituales.

Casimirus Dei Gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie & Pomeranie et singulis Capitaneis, Signanter tamen Cracouien, Sandomirien Nouo Ciuitatis, Sadomien Lublinen, et aliis vbilibet constitutis constitutionibus presentibus requirendis, Sincere et fidelibus dilectis gra tiam suam cum fauore. Magnifici & Generosi Sincere & fideles Nobis dilecti. Sine animi graui molestia, ac Diuine visionis meti, quotidia pas Spirituali Regni Nri querelas lachrymis etiam permixtas audimus Quomodo ipsi perterrigenas et belligeras, quia ad expediendo generalem pacis pacem pridem precedebant, in bonis Ecclesiasticis preter morem terrestrem damnificati sunt. Volentes itaq; Diuina inspiracione Nobis animaduersione preuenire cum omnibus Consiliariis Nris in Opatocoiec exercitualiter congregatis, talem modum inuenimus statuimusq; per quem ipsi Spirituales damno sibi per uiam Juris repetent breuiores Quod quilibet pro damnis sibi passis cora Capitaneo loci cui damnificator ipse subiacet eum conuenire. quem ipse Capitaneus, pro damnis illatis, si seus qua pro Articulo Castrensi, Vnc ex quatuor Jure descripto, iudicare debebit, et admittere probandum Actori, sicut pro violentia domestico, aut si Actor id elegerit Quod arbitrio eius deferimus purgatione

Juramenti, no

Iuramenti, more Cathi, reus iudicet. Si uero Capreus in longa distantia fuerit, commune reus deberet trahi in Cautam, poterit Actor Spiritualis opportunitate capta, dum ipsi in partibus Cuiavien & Mazouiae Polo nie essemus constituti, ad Nri Presentiam reum citare, quem nullo distri ctus euocadne volumus excipi, sed more bellico, Actori Iustitiae ministra re. Quo omnia descripta de Spiritualibus bene possessionatis, terrestri domini, siue hereditario intelligere volumus. De aliis uero Spiritua libus infrenis conditionis qui propter eorum egestatem, in Iudicijs ter restribus machine sic remotis & sufficient. extunc poterint in foro eccum Ecclesiastico damnificatores suos conuenire, in quo quandocunque iuste conuicti fuerint & censuras vltra annum sustinuerint, Volumus quod si pidissime constitutio de talibus edita obseruetur & quod turri mancipentur. Hanc volumus a Iudicibus Spiritualibus & Actoribus seuerita tem moderari. vtnec illi impetendo, siue existimando damna sua nec isti in determinando modum excedant rationabilis equitatis. In cuius rei testimonium Sigillum Nrum Presentibus est appensum. Datum in Nova Ciuitate Korczyn Feria Sexta proxima ante Dominicam Oculi: Anno 1474 Ad mandatum Dni Regis Casimiri in Spatowiec Fol: 60.

Omnes Regni ordines militent, tam Secularis quam Spirituales, ac Ciuitates: omnisq bellicum edo describi. In primis edicimus: ut iuxta consuetudinem, omnes Domini Seculares iuxta facultatem bonorum Suorum, expeditionem bellicam seruiteneant. Casimirus III. 1425

Item Spirituales, pro hac expeditione debent seruire ad bellum iuxta facultatem et exigentiam bonorum Suorum reditus prouisionum bona ipsi dem eorum, prout et Nobilium, annihilent per belligeros et damnifi centes. Sed si quis Victualia necessaria ab illis recipiens, soluere debeat iuxta statutum, ea de re diu factum. Omnibilominus Capitanei locorum qui debent se primos quandoque mouere, qui et potentia in hoc debilitatos et rebelles compescant tam ad soluendum quam ad progressum celerem eos cogentes, alias q omnes in Campo, siue belli respondeant uel in domo coram Capitaneo, ubi ex his duobus, damnum pati elegerint et damnificator pena 14 Marcarum, soluto damno arbitrariae per Regia Maiestate punietur. & Registris Regij Cancellarii. Item Ecclesiae Cathedrales & Collegiatae, Abbates siue Prepositi Cenobiorum, debent expedire armigeros in eo numero iuxta quod in Synodo super hoc fuerit laudabitur

Item Episcopi de

Item Episcopi debent habere intelligentiam sub Plebanis Parochialibus ut illi etiam habeant solicitudinem facere subsidium suo Episcopo, ita tamen quod omnes superius descripti talibus seruire non debeant, qui per se ad seruitium bellicum obligarentur. nisi tales essent continui commensales & seruitores illorum

Fratres Indiuisi

Sed fratres indiuisos, qui bello non obligarentur recipere debebunt uel saltem obligatos ad bellum adeo egenos, & insufficientes, qui neque arma decentia, neque equos valentes ex patrimonio suo habere possent. Quod quidem arbitrio Capitanei & Castellani committimus. quibus tres de communitate adiungi debent, valorem eorum, una cum Capitaneo visuri & aestimaturi.

Item omnes Ciuitates Regales & Spirituales Ecclesiarum debent cum Dominis pedites expedire in tanto numero, ad quem taxati fuerint, et quod quilibet peditum habeat balistam, uel bombardam, ac gladium, item galeam, chirotecas alias rękawice, scutum et pectorale alias Plachownice.

Circa Currum unus pedes habendus.

Item quilibet in bello, circa unumquemque suorum currum, demptis aurigis unum peditem habeat, similiter armatum, cum gladio, balista, uel pixide manuali

Capitaneus cum Castellano singulos, quam decenter seruiant, conscribent.

Item quilibet Capneus cum Castellano adhuc in terra conspicere terrigenas pauperes, et illis iniungere debent, ut quilibet decenter seruiat singulosque conscribere in Regestro tenebunt. Conspectio uero Dominorum et inter Nobilitatem majorum Regiae Maiestati reseruent. Et Capitaneus cum aliis ad hoc deputatis arbitrentur, qui non sufficient ad bellum, ut scilicet duo aut tres, unum satis idoneum & sufficienter ab omnibus rebus & armis instructum expediant.

Nemo commodato accipiat res, necessarias in bello.

Item hoc quoque diligenter prouideat, ut nullus alter alteri arma aut equos, eo tempore commodet, quando ad ordinem acies debet se ostendere. In fraudem enim seruitii publici, id cessurum existimabimus.

I Castellanus Districtum suum ad Palatinum ducat. vide in Dictione Castellanus.

In castris bene possessionati non relinquendi.

Item Regia Mttas, bonum in hoc respectum & moderamen habeat, quod tales ex Nobilibus in Castris suis, et dominorum non relinquat, qui multa bona haberent, ne per hoc notabiliter seruitium periret. Speciale ban-

Speciale bandenium eond, qui propriis personis ꝺ ciadunt esse debet.

Item ultra Regia hoc etiam in consideradu habeat, ne homines possessionati et obligati, ad seruitium in stipendiis reciperent, nisi forte sufficienter seruitia terrestria implerent, illudq; in alio bandenio quam stipendiario collocarent. Item sit speciale bandenium et specialis acies eorum, qui in propriis personis ꝺ cadunt ad bella, hoc sunt, Vidui, Debyteri, & infirmi, ne per hoc fraus aliqua committatur.

Filij Nobilium, in seruitio Dominoꝝ existentes, bellum pro patribus non intercedant.

Item Filij Nobiliu, in seruitio Dominoꝝ existentes, ꝺ intercedant bella pro parentibus, adhuc idoneis. Sed si placet patri in domo manere, recipiat eum, ac pro eo, ac debet merere, seu seruire, de domo expediat. Ipsi uero Domini ex ijs clientela suam integrent, qui a seruitio bellico sint liberi, et exempti.

Die bello proscripto quilibꝫ se sistat.

Item quilibet compareat in loco, ꝺ constituto, sub omni pœna bonorum & colli, omnemq; militarem disciplina ꝺ obseruet.

In bellum seculares Domini & Nobiles, expeditionem facere tenentur.

Quia sacra Regia ellitas Dominus noster Clementissimus, pro eo ut quam gerit, tuendi Regni sui consideret pericula. Comitia Regni maiora Petricouiæ, ad diem festum Epiphaniaꝝ edidit in quibus communi consilio omnia prouideri possit, ne quid Regnum detrimenti pateretur neue nos imparatos hostis offendens, nec opinatos opprimeret. Nam senatores et Consiliarii Regni Poloniæ tam spirituales, quã seculares, una cum terrarũ Pertis Nuntiis, quibus plena et ꝺ limitata de rebus omnibus ad defensionem pertinentibus, potestas fuit data defendendi, eadem eiusmodi inuenimus, Primum pro ueteri consuetudine Dominis seculares cum omni Equestri ordine, erunt obstricti expedire se, atq; ad bellum instruere, pro eo ut maxima facultas fuerint cuiusq; secundum statuta & priuilegia. Sigism. Procer. Petri. 1544

Spirituales, expeditis militibus, ipsi domi maneant.

Quod ipsum Ultro se facturos obtulerunt, hoc ad clerum suo universo & secularis et religiosos sacerdotes, domini Archiepiscopi & Episcopi, Archimandritæ, Vuladislauiæ, quo & ipsi ad eundem modum prout facultas ipsorum

cultus ipsorum

cultas ipsond maxime tulerit, expediqnd facere teneqnt, ita tamen, ut con
tra libitu potentioris potius uim & q aliter expedito hac per illos fiat, &
immunitatem ipsond personq habeant, a prefectione bellica, Pedaliis loco
sui militis officio hue fungant, Suplicijs et Orationibus Deo placare.

Omnes ex Ciuitatibus et Oppidis, belliam expedidnd facere tenentur.

In omnibus Ciuitatibus et Oppidis in quibus exercet mercatum et im
prisunt, no factoribus quidem Mercatoni exceptis, qui sulgo Legerner
uocant neq; inquilinis qui modo facultates aliquas habeant, qui; bona
habuerit quo mille Florenos estimari possunt teneat unq armatu equite
expedire. Cuius uero bona, siue merces quingentos Flore estimadnem
excedant, ille peditem armatu expediet contra uim hanc majorem. Qui
uero ex Ciuibus et mercatoribus minus habebunt eond facultates, in
Ciuitatibus et Oppidis simul tababunq & coniungent. Quod ut ita
fiat, prouidebunt Consules, Consulibus superintendent ij qui erunt
a Maiestate Regia constituti, quales sunt Palatinus, Castellanq
et Regni exercituu Campiductor. quando erit ordinandus exercitus.
Verum illi qui Spirituales expedierint, Capitanei Spiritualiu super
intendent, ita tamen, quo Regni Exercituu Campiductoris precepti mo
re aliorum Centurionu pareant.

Quod ita intelligendum est ut qui habent bona mobilia, siue immobilia
que pluris quam 100 Florenis possent estimari, neq tamen quingento
rum, aut mille Florenu ualorem explere queant ij coniungant ad expeditio
nem peditem & equite, qui uero in Ciuitatibus & Oppidis ut habent
bona mobilia & immobilia, que centu Florenu estimentur ij obstricti
sunt, enumero suo quinquenium quenq bene armatum expedire.
Ciuitates, que habent quidam Censum reditus pretorij et similiter
ex 1000 Florenu reditus, decem equites, ex quingentis quinq bene Arma
tos expediant.

Ecclesiastici.

Ecclesiastici omnes Regia edomingnd tam Spirituales quo Seculares
Vigesimam ex Rumen suo expedire tenebunt, exceptis Hortulanis

Iudei certam Summam pecunie in bello conferre tenent.

Iudei uero hanc pecuniam, quam quotannis Regi Polonie pendunt, cer
ta mille Florenu rumen et Monete Regni Polonie pro tenchione in
singulos annos numerare tenebunt. Ipsi denig Iudei si quando hac

Valida et

Valida expeditio fieret, ad eundem modum, ut Mercatores Omnia
qui iusto bonorum pretio aestimadum, expedire milites, erunt obligati
Rex Sell Regia promittere dignatur, et, alere, et exploratores diligentes
et certos, versus oram hostilem, et qui poterit diligentissime tempori consilia
illorum investigare, quando ad quem locum vires suas convertere cogitent
atq; homines suos, quod eius fieri poterit, celerime primis Bestium literis
quo et secundarium vim habebunt, ut in procinctu sint, hortari. Ac si
certius aliquid, de eii atq; in processione in Regno cognoscent, tum per al
teras literas Bestium, quae pro tertiis reputari debebunt, locus erit
per eam designandus, ad quem, intra quatuor hebdomadas cum Sell Regia
convenire omnes teneatur.

Profectio in bellum quo ordine fieri debeat

Profectio autem ad bellum fieri debet, iusto uel eum ordinem & con
suetudinem in statutis descriptum, citra damnu hominu, siue spirituali
um siue secularium, ut soluant omnia, secundum Privilegia & Consti
tudines Regis Jagellonis. Qui ordo ubi profectione exoluendo, seruetur
Castellanus Districtus illius diligenter prouidebit iusto statutum
cuius executio fieri debet, in omnibus.

Castellani primi in locum congressus designatum conuenient.

Castellani Districtus primi proficiscent ad locu, qui in illo districtu
congressui erit destinatus. ut Nobilitas ad eos conueniat, quo cum
suo Castellano, ad locum qui Bestium literis fuerit de
signatus, conuenire debebit. Ad quem locu ubi conuenerint, inspici
endi ibidem erunt infirmi & senes, iusto statuto Prouidendi.

In Arcibus bene possessionati ne relinquendi.

Prouidebit preterea Sell Regia, ut siue in illius Maiestatis, siue in
quorumcunq; Spiritualiu aut Secularium arcibus, ne relinquantur
ij, qui amplas habent possessiones, ne numerus eorum qui expedienti
sint minuatur. Quod si quis ita, officio suo exigente manserit, ni
hilominus secundum facultatem bonorum expedire teneatur. Studium
curae Sell Regiae futurum est, ut ne stipendio, conducat eos, qui cum
possessiones habeant, ad expeditione sunt obligati, & sub vexillo
suo, iustu habeat numerus, quos in huiusmodi expeditione con
scribere teneat.

Eorum qui in suis Personis in bellu[m] pro
ficiscentur, speciale Vexillum erit

Proprium

Proprium praeterea Vexillum eorum esse debebit, qui ipsi personaliter ad bellum non proficiscentur, cuius generis sunt Sacerdotes, viduae, minorennes, infirmi, ne fraus in re publica admittatur.

De Filiis Nobilium, Dominis Seruientibus.

Filij Nobilium Seruientes Dominis, non debent loco parentum, qui ualent ad expeditionem proficisci, sed si pater uellet domi manere, filium a domino recipere, et expeditionem ex domesticis eum expedire tenebitur.

Sculteti in bellum proficiscantur

Sculteti S. Bellitis, iuxta statuta Regni & Priuilegia sua, ad bellum proficiscantur. Sculteti uero Spiritualium & Secularium cum dominis suis, qui eorum locum tenuerint, proficisci tenebuntur.

Vltimis literis Bestium auisatos in quatuor hebdomadis se sistat.

Quicunque ad expeditionem tenetur, simulatque alteris Bestium literis, quae ultimarum uim habebunt, de loco, deque die certior erit factus in spatio quatuor hebdomadarum, a publicatione literarum in districtibus sisterese in loco bene armatus, secundum statutum debebit, sub amissione bonorum suorum, hoc est si ordinationem exercitus neglexerit. Factura est eam S. M. Regia, ut iuxta ueterem consuetudinem, locum destinatum exercitui prouideat, et tutum reddat, ad quem tuto proficisci cum persona Maiestatis suae, terrae possint, non recedendo a Veteri statuto & Priuilegio.

De iis, qui non sunt Actu Sacerdotes, & de Annatis.

De Spiritualibus beneficiatis, qui Sacerdotes actu non sunt, erit Sacrae Maiestati curae, ut apud Pontificem Romanum impetret, quo possint personaliter ad hoc bellum proficisci. per quem quidem Nuntium Annatas impetrare conabitur, quas ei Nostri Episcopi, contra Concilij Basilien decretum, pendebant.

In bellum militum descriptio, eorumque stipendium

Item eligemus cum Capitaneo generali Profectos militum, hoc est Poruczniki, in quolibet Palatinatu, viros possessionatos, & rei militaris peritos, ipsi uero Praefecti delectum facient militum in Palatinatibus suis, pro arbitrio suo. Sigismundus Graco: 1527. A. 9.

Praefectus ducentos milites ducens, habebit Seruitium super decem equos.

Quisque

Quisq; Præfectus militū qui ducentos equites in suo comitatu & Præfectura habuerit, aut paulominus, habebit Seruitiū super decem equos & ad singulū equum stipendiū decem Florenū per quatuordecem scotos quemlibet Florē computando.

Milites.

Reliquis uero militibus soluet stipendiū, super quemlibet equū ad quodlibet quartuale Anni per sex Florē per mediā sexagenā computatos.

Præfecti per se presint & damna prohibeant.

Quilibet autem Præfectus, nō per substitutū sed solus per se ipsum ducere debet comites, seu commilitones suos, tam eundo ad terras Russiæ quam inde redeundo, et prospicere, ne damna fiant hominibus spiritualibus et secularibus aut eorū subditis, neue ab illis stationes exigant. Quæ damna si facta fuerint, ipse Præfectus pro illis conuenietur & ad solutionē, resartionēq; illorū, erit obligatus.

Damna quomodo resartienda

Vt autem Præfectus possit prouidere indemnitati suæ, cū ob culpam Vlterius, nemo mulctari debet, reseruabit apud se partem aliquā pecuniæ commilitonibus suis soluendæ, tum ad terras Russiæ cum illis proficiscetur & similiter cū ad domū cū eis reuertetur, ut si in itinere & profectione, aliquis comes seu socius eius, damnū cuipiā homini cuiuscunq; status fecerit, et resarcire illud noluerit, ipse pro illo ei, qui damnū passus est, sub testimonio socionū suorū, satisfaciat, et postea eidem militi, qui damnū fecerit, ex eius stipendio id, quod pro eo soluerit, detrahat & defalcet.

Tempus exeundi de Castris

Idem Præfectus cuiuslibet Palatinatus, duabus septimanis ante finitum seu expiratum seruitiū suū & comitiuæ suæ, de Castris et Terris Russiæ discedet, ut comitiuā suā sub obedientia sua habeat, & in officio contineat, prohibereq; commodius possit, ne damna hominibus & miseris Colonis ac spiritualibus inferantur

Milites, in quot equis suscipiendi.

Idem Præfecti militū prouidere debebunt vt neminē suscipiant ad militiam, nisi ad summū in octo equis, & inferius in septem, sex, quinq; quatuor. & vt quisq; militum solus per se ipsum seruiat, nō per substitutū & seruos suos.

Milites ad obedientiā quomodo cogendi.

Item Milites Mercenarij, cum eorū Præfectis, cogi nō debent ad insolita

sito Juramento, per Capitaneū generalem exercituū Regni, obedire tamen eidem Capitaneo debent, et militari obedientia subiecti esse.

Literæ indemnitatis abrogantur

Literæ indemnitatis, ꝓ uidente esse dandæ Præfectis, et eorū comitiuis, prout anno ad hunc secundo ꝓrogatæ sed habitur pro damnis, ex demp̃ damna subiiciens a Præfectis, & eorū Socijs, per Capitaneū Generalem, seu Imperatorē exercitus, ac per Palatinos, ac exactores, ac illis adiunctos persoluentur.

Salaria militibus quis soluet

Terræ Cracouien. sis, Sandomirien. & Lublinen. habebunt unū notariū hominem industrium & fidum, per nos deligendum qui conductus publicis pecuniis, militiis mercenarijs ad terras Bussiæ pecunias perferet, ac eam illis numerabit, secundum Regestra Conscriptionis, quæ apud se habebit.
Terræ Ven. Majoris Poloniæ, mittent pecuniā contributionis suæ in Lanciciam, quam inde Notarius per nos eligendus perferet in Bussiam & soluet stipendia militibus, illic militantibus, secundū Regestra conscriptionis, quæ illi ex Prouincijs Palatinatui mitti debent. De terris autem Bussiæ, Exactores portabunt pecunias militibus & eam illis numerabunt.

De Præfecto militum, in locū Palat. sufficiendo.

Ad petitionem de Præfectis militum ex Palatinatibus deligendis, ita cum Senatoribus Nris constituimus. Et siubi in Palatinatu ꝓpertus fuerit, ad Præfecturam ꝓeundam idoneus & exercitatus. illam quo in se assumere vellet, & alteri nisi ei committatur Comitiua Palatinatus illius. Et quod si non fuerit repertus idoneus, vel suscipere Præfecturæ onus noluerit, liebit nobis cū Consilio Capitanei generali exercitus regni Nri, aliū quem fiam idoneū Comitiuæ illius Palatinatus præficere. pecunia tamen, in illo Palatinatu contributa, militibus eiusdem illius Palatinatus, qui seruire voluerint, ꝓ aliis erogandæ.
Sigismundus Rex. 1540.

Stationes mercenariorum militū in locis opportunis indifferenter fiant, damna vero ex pecuniis publicis soluantur.

Terram Podoliæ & Bussiæ Nuntijs, a nobis, petentibus, Stationes exercituū militum mercenariorum & aliorū, in bonis eorū fieri ꝓhiberemus. Nos cū Consiliarijs Nostris & terram Regni Nostri Nuntijs, ex

tiis, expendentes Nobiscum fieri n̄ posse, ut locatio exercituum certis locis coarctari debeat, quodq; bona alia huic molestiæ essent obnoxia, alia uero ab ea essent libera, Proinde Statuimus, Consiliariis Nostris & terrarum Nuntiis censentibus, ut huiusmodi exercituum locatio & statiua fiant indifferenter, pro arbitrio Capnei exercituum Regni Nostri & necessitate occurrente, in locis et bonis quibuscunq; iuxta veterem consuetudinem Nostram & Antecessorum Nrorum absq; damno tamen illorum bonorum, quæ in Vicinia Stationum Consistunt, ubi uero damna aliqua, per exercitus huiusmodi locatos & statiua habentes bonis quibuscunq; Nostris uel Subditorum Nrorum Spiritualium vel Secularium fuerint illata, illa ex pecuniis publicis, damna passis Sarciantur & soluantur, iuxta arbitrium Maiestatis Nræ. Sigism. Crac: 1540

De militum in bello delictis, dum Scilicet pecunia accepta, Seruitio n̄ Satis faciunt, aut diem conscriptionis negligunt.

Quicunq; ad Seruitium militare pecuniam receperint & pro ea n̄ Satisfecerint, nulla citatione præmissa per Capitaneos Capiantur & tamdiu in Carcere detineantur, donec ibi & tempus Seruitii quod facere debuerunt expleant, & pecuniam acceptam restituant, Siue illi possessionati Siue n̄ possessionati extiterint. Et qui in præfinitum conscriptionis diem neglexerint, arbitrio Nro, aut Campiductorum Nrorum puniantur Sigism. Petricouiæ 1519 Fol 29.

Sponsione fidei quando obstringendus est aliquis.

Ita postulantibus Subditorum Nostrorum rationibus decreuimus, Ut nullus Nobilis Subditus Noster Sponsione fidei per nos obstringatur nisi Iure uictus. Secus erit in exercitio rei militaris, & Vbi nobis, uel alicui Subditorum Nrorum, actio interuenerit, cum Seruitore, factore Administratore, aut Subdito Suo, & ubi Reipb causa aliquid sit, contra quemuis agendum. Sigism. Crac: 1540.

In bello officia Imperatoris ac militum, & quod negligentibus, per Succamerarium equi accipi debent.

Ius militare admonet, ut attendamus & super id constituamus quod quidam ex Nostris Baronibus, Nobilibus cæterisq; Subditis cum in Castris contra hostes positi fuerint, omni abiecto rubore, cum omni Nobilium Strenuitate communicantes, Sub nullius Vexillo, neq; alicuius ditione Nri exercitus, se locare præsumant aliquando, ad hunc præsertim finem, ut machinarum & propugnaculorum, cæterarumq; rerum bellicarum, aut ipsius exercitus custodiam, uel uigiliam nocturnam euitarent

& defensio

& defensionem quam ceteri commilitones & fratres ipsorum, sub certis vexil
lis locati, seruatum, modum inter ipsos ordinatum, fauere & seruare consueue
runt negligerent. Idcirco quoniam turpis est pars quae suo non congruit toti ue
so statuimus. Vt quilibet miles, aut simplex sub certo vexillo erecto cui sua
stationi congruit esset, vt ingruente necessitate belli & dimicationibus cui bq
stibus, sciat capere locum certum, magis animaduerteret, pro sui vexilli
defensione, alias volumus, quod tales & huiusmodi desertores, si amplius
in nostro exercitu fuerint inuenti per succameranios terre. seu districtus
in quo degunt & militant capti, nobis ad pena presentabunt. Et qui uero eo
rum eidem succameranio proprio culpa & delicto, applicentur. Casi dubg
Visi in fol. 8. Pena absentium a bello

Absentia a presenti bello inobedientia nobilium, merito punire debuimus
seuero & consueta punitione contra tales semper obseruata. petitionibus ta
men terrestrium nuntiorum supplicationibus differre eandem decreuimus
ad conuentum generalem proxime celebrandum & presentibus differimus.
Sigism. 1520 fol 26.

Cum potens hostis ingruerit generalis expeditio
contra eum fiat.

Quoniam vere potenti hostili contributione hac quia consensu ordinibus con
stituimus, vellitis a potente, consilio habito atq petitionibus nuncionum
terrestrium moti constituimus generalem expeditionem. Eo qua quidem, si no
bis de potentis hostis aduentu constiterit, nos persona nra regia acce
demus. Sed si ex diuersis locis potens hostis fines regni nri adoriretur
ita quod ex diuersis locis propulsandus esset (quod quidem si eum o
mnes circa personam nostram adesent minime posset) ad consensum ad
tionibus terrestrium pro hac tanta causa missionem erit in libero Arbitrio no
stro prouidere, vt singula quoq ingruens necessitas, pro commodo rei
publ expediat. Vbi uero magis pregnans negotium reipb incumbet, ibi
nos cum persona nra regia cum copiis tantis quantis contra hostem
sufficere uidebimus constituemus. Alii uero palatinus, cum generali
regni Camp ductore, ubicunq opus fuerit opponere se debent. Cui qui
dem consensus nuncionum terrestrium in hujus tanti causa ventem con
cessus, in nullo libertatibus regni officere debet, neq ex qua in dim
sequelam accipi: ut aliquando exercitus nobilitatis postea diuidi de
beat, sed semper libertates regni, in robore conseruari debent seue
dum sua, & libertates ejusdem nobilitatis. Sigis: Aug 1557.

§ Demilitibus

§ De militibus iis, qui stipendio merent, si alicui, tam ex secularibus quam spiritualibus damna intulerint, qua pœna puniendi, quoq; judicio reconueniendi sunt, vide in titulo. Stipendiarii Milites.
§ Castellanus prouidebit exercitui, res ad victu spectantes. Vide in titulo. Castellanus.

Bona Regalia a Reginali Maiestate Exempta.

Plurimum interest Regni huius, ut nequa fiat bonorum, præsertim immobilium alienatio. Nos itaq; in posterum rationibus illius prospicere cupientes (quoniam Serenissima conjunx Nra, quædam Castra, Oppida, Villas, in Regno Nro, hypothecæ seu cuiusuis obligationis nomine obtinet & possidet, ne usu aliquando uenire possit, ut hæc ipsa a Regni corpore diuellantur) statuimus & decernimus. Ut præfecti Castrorum eius Mtis sint Poloni, indigenæ, Nobiles, atq; hi in ea prouincia ubi Castrum est possessionem habentes, qui ita se nobis Juramento & Successori Nro Regi pro tempore existenti post mortem (quæ procul absit) Serenissimæ conjugis Nræ obstringant, ut non teneantur, nisi Nobis & Successori Nro Regi Castris solis cedere, neq; prius tamen cedent quam si (quod absit) vel filius Noster Serenissimus Rex Sigismundus Augustus nulla prole masculina successiue relicta decesserit. Ita enim solutis realiter & cum effectu summis in præfatis Castris, ac bonis ad hæc pertinentibus obligatis (siue per Regem, si eximendo esse possit, siue per Nobiles quibus redimendi & eximendi hac in re vigore præsentis statuti ac Constitutionis Nræ damus & facimus potestatem) filiabus Nostris ex Serenissima Domina Bona Regina conjunge Nostra charissima procreatis ac earum successoribus legitimis, ipsi Castrorum Capnei, Regi tunc temporis existenti uel Nobilibus, qui pro redemptione bonorum summas pecuniarum reposuerint, realiterq; præfati Capitanei & cæteri bonorum suæ Maiestatis, obligatorum præfecti, in manibus suis, Castra, Oppida & uillas tenebunt, quamdiu præfatæ summæ filiabus Nostris & earum successoribus, seu aliis quibusuis personis juxta ordinationem & dispositionem Serenissimæ Conjugis Nræ (si quam illi facere uidebitur) realiter repositæ & persolutæ non fuerint. Interim uero de prouentibus bonorum dictorum filiabus Nostris & earum successoribus aut aliis personis respondebunt. Neq; tamen bona ipsa ab eis redimi poterint prius quam in Matrimonium locatæ fuerint. Post elocationem vero, tenebitur quælibet earum summam se concernentem, vel iuxta ordinationem Maiestatis suæ, si quam (ut præmissum est) fecerit, accipere. Sigismundus Crac: 1540.

Bonorum fisci

Bonorum fisci redimendorum modus. Terminus uero ad redimendum, sex Septimanarum prefigi debet.

Quoniam circa redemptionem bonorum Nostrorum Regalium euenire solet, quod de nutanij, de quorundam manibus bona redimuntur gratamina et difficultates perfer re cogunt ad quæ amouenda statuimus, vt in redemptione bonorum Nro Regio fisci, sub eo pro mensa Nra, siue per quempiam alium, de consensu Nostro redi mantur. Seruetur deinceps Arestatio feuuiandi, hominis possessionato, similiter & impossessionato, fide fissores pro se statuenti, sed si quispiam subditorum Nostrorum, ex illis bonis redemptis, se iniuriam aut damnum ab eo qui eadem ptus est accepisse prætendat, pro tali iniuria seu damno iure terrestri eum eo experiatur deinde. Vt ad mirandum, quod quamplurimos vocant, quilibet de cuius manibus siue per nos, aut alium quempiam bona Nostra redimuntur tempus sex Septimanarum liberum habeat. Quo tempore licere debet eidem pto, omnes et singulas res, & bona quæcunque mobilia propria euehere, expellere, et exportare. Debetur huiusmodi bonorum redemptio fieri de bet in districtu proprio. quando per alium, quam per nos redimuntur. Et ter minus Citationis, pro redimendis bonis, siue per nos siue per quempiam alium de Consensu Nostro redimuntur, debet esse sex Septimanarum a tempore positionis ipsius Citationis. Sigilum Petri 1590.

Nemo euocare quempiam potest Curia nisi pro re fisci Regii debet.

In primis occurrendo incommodo huic, ne subditi Nri post Curiam Nram leui de causa citent statuimus, quod Instigator Noster neminem ad instan tiam sui citare debet, neq; ad instantiam Nram seu ad cuiusuis partis, tantum pro bonis, mere ad nos pertinentibus, vt puta personis bonis, & supereminentia Nra attributis. Sui uero contra hoc Statutum aliquis pro aliis rebus, quam iis quæ ad fiscum Nrum pertinent, citare præsumpserit, uel post Curiam, uel ad Comitia, talis contra dicens pœnam par ticucumbet. Sigilum Augæ 1557.

In redemptione bonorum fisci, qualiter Literæ & Inscriptiones reuidendæ.

Ad tollenda dubia & controuersias superfluas amouendas, quæ in posterum ex diuersitate Inscriptionis bonorum Nrorum statuimus, vt cum eadem bona redimere voluerimus, reuideri debent literæ Inscriptionis & quæ licite, juste & legitime inscripta sunt aut contra, cognoscat & decernatur per Nos

& decernatur per nos & Consiliarios Nostros. Quod si quis huiusmodi cognitione & decreto grauatum se senserit, liberum sit ei cognitionem grauaminis, per appellationem deferre ad Conuentum generalem. Sigismundus Crac: 1507

§ Idem reperitur in Titulo. Literæ.

An uero generaliter, vel specifice, literæ & Inscriptiones in bonis Regiis, sint interpretandæ.

§ Idem repetitur in Titulo. Literæ.

Ambiguitates abolere volentes quæ plerunque (dum Inscriptiones super bonis Regalibus, seu Priuilegia, coram nobis reproducuntur) emergebant, Determinamus, innitendo ueteri consuetudini, dudum practicatæ quod quæcunque specificata in Priuilegio vel Inscriptione nominatim fuerint, illa eadem tenenda sunt, eandem specificationem si quæ generalitas sequitur, ad præfatam specificationem duntaxat referenda est & non ad alia, sed ubi specialis mentio in Priuilegio vel Inscriptione de Teloneo, de Curru bellico, de Exactione duorum grossorum, de statione & Iurepatronatus facta non est, Iuri Regio reseruatum esse cognoscitur, Inscriptiones autem quæ generaliter fiunt, nisi specificando sed omne Dominium in personam transferendo, omnia in se complectuntur & possessori attribuuntur. Sigismundus Crac: 1510.

Priuilegia publica & priuata simplici Interpretatione intelligenda.

Priuilegia publica & priuata non debent Interpretatione aliqua, in alium quam sonant sensum verti, sed ita ut in suis tenoribus scripta sunt & non aliter, intelligi debent.

Bona Regalia non dislimitata, quomodo defendi debent & Capitanei, pro Iniuriis, quomodo iure Conueniendi.

Item statuimus, ut tenutarij bonorum mensæ Vrae Regiæ, si vicinis aut aliis hominibus iniuriati fuerint, teneantur stare Iudicio terrestri, postquam fuerint per Iniuriam passos euocati, Et si pellant pecora, aut pecudes, aut domos, aut Curias Regales, occasione differenciæ granicionum, aut rem destructionis seminatorum, tenebuntur dare ad cautionem fideiussoriam, super decretum dominorum iuxta consuetudinem terræ diutius obseruatam. Quod si secus fecerint, luent

pœnas, sicut

penas, sicut alij Nobiles, quae penae poterint peti et exigi ab eis etiam in pecuniis, si quas habuerint, in bonis Regalibus inscriptas. Casim in Nieszowa & Opoli fol. 94.

Sed Capitaneus pro iniuriis nomine limitum illatis coram Rege respondebit. Post factos limites Rex neque Commissarios, neque Reuisores dabit

Quoniam impediri plerumque solent & differri limites inter bona Nostra Regalia, & bona incolarum Regni Nostri tam spiritualium quam secularium statuimus, ut Capitanei & tenutarij, nullis iniuriis afficiant subditos Nostros nec limitum, & si quis illorum hoc fecerit ex officio Capneali coram nobis respondebit. Nos vero deputabimus Commissarios Nostros, qui facient limites, ac illorum judicium inhibitionibus Nostris non impediemus. Assessores seu Commissarios nec etiam Reuisores, post factos limites designabimus. Sigism Petricouiae 1523. E 6.

Capitanei itaque, quando ex officio suo aliquid committunt, aut quando modum in defensione bonorum Regalium excedunt, coram Regia Maiestate, uel in loco competenti respondeant, post limitationemque factam si in fundo Nobilis, iniuriam intulerint eidem damna rependent.

Capitanei locorum de iniuriis, vicinis suis, uel Capitaneatus sui subditis illatis, respondere tum demum coram nobis debebunt quando ex officio suo aliquid admiserint, uel in tuendis bonis Nostris modum excesserint. Si quid uero ut priuati commiserint in foro competenti cuilibet respondere & se querenti tenebunt. Praeterea si etiam Capitanei nostri, sub praetextu defensionis bonorum Nostrorum, grauem alicui subdito Nostro, in eis bonis iniuriam intulerint, & post hac cum bona Nostra a bonis subditorum Nostrorum limitabunt, deprehensum fuerit, Capitaneum Nostrum in his bonis quae non erant Nostra, sed eiusdem subditi Nostri iniuriam aut damnum illi intulisse, is ipse Capitaneus, damnum a se, Nobili & subdito Nostro in eius bonis factum, resarcire teneatur. Sigism Petricouiae 1534.

Capitanei bona Regalia defendant usque ad dislimitationes.

Constituimus.

Constituimus: ne deinceps Praefecti arcium, & ciuitatum Nostrarum, Sed Soli Nobiles Commissiones obtineant ad fines terminandos, ita tamen Ut nihilominus Praefectis Seu Capneis Nostris, (sicut ueteri more receptum est) & Statuto caueq, liceat bona nostra defendere, ad declaracionem Usq finium. Sigism Cracouiae 1539

In primisq bona, ad procuracionem generalem Cracouien Spectantia ne obligentur.

Vladislaus Jagello, Dei gratia Rex Poloniae Lithuaniaeq Princeps Supremus, Dominus & haeres Russiae &c: ac electus Regni Vngariae. Significamus tenore Praesentium, quibus expedit Vniuersis: Quomodo debita animaduersione huius Regni Nostri dicti Poloniae beneficia (in quo & educati & Regii honoris culmine insigniti sumus) in animo reuoluentes, Volentesq ipsa beneficia, de ipso Regno suscepta, omni cura, ipsi Regno & Coronae Poloniae Statutum & Stabilimentum procurantes refundere, quod maxime tunc uidemur agere, cum Ipsius Regni bona & possessiones in libero, & inobligato ordine & Statu, Ut possumus praeseruamus: Igitur promisimus, Spopondimus, ac in uerbo Nostro Regio promittimus, Spondemus, & Praesentis Nostri patrocinio Scripti nos obligamus, omnia bona, possessiones, Ciuitates, Castra, oppida, Villas, molendina, piscinas, lacus, & alia bona, quibuscunq specialibus Vocitentur nominibus, Seu Vocabulis, quae ad praesens & hactenus ad procurationem Cracouien generalem Spectant & pertinent, propter Regni Nostri Saepefati Poloniae necessitatem & firmum ipsius Stabilimentum, in libera conseruantia & inobligata, Seruare, Stare, tenere, & habere Volumus ita quod nulli hominum, cuiuscunq Status aut conditionis & praeeminentiae fuerint, dicta bona, uel eorum aliquid, quae ad procuracionem Cracouiensem generalem ad hactenus pertinent ita Ut praefertur, inobligata conseruabimus, & libera pro huius Reipb. & Regni Poloniae Statu profectu conseruando, Stare promittimus, harum quibus Sigillum Nostrum est Subappensum, testimonio literarum. Datt Crac: 1440 Sabbatho proximo ante Dominicam Judica. Vlad: Jagello 1540 Fol 84.

Terrae etiam Sandomirien, amplius ne obligetur.

Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae &c Significamus tenore Praesentium quibus expedit, Vniuersis tam Praesentibus quam futuris Quomodo attendentes fidei constantiam, & eximiae

tiam, & eximiæ affectionis in nos & Reipp. Regni Nostri deuotionem per Magnificum Joannem de Rythu iam Palatinum Cracouien. militem et Consiliarium Nostrum sincere dilectum, rara & singulari liberalitate monstratam, per quam Joannes ipse Palatinus & Voluntatem, germani Sui olim Derslai Castellani Cracouien. & Capitanei Sandomirien. impleturus & beneuolentiam propriam erga nostram personam primum deinde erga Rempp. Regni Nostri & Zelum singularem ostensurus: Terram Sandomiriensem cum Castro, Ciuitate, cæterisq. oppidis, & Villis, teloniis, pontalibus & Vniuersis censibus, prouentibus et introitibus, ad illam quoquomodo pertinentibus, relaxando et dimittendo, simpliciter et nude, notabiles pecuniarum summas, quas a nobis et germano Nostro Domino Vladislao Vngariæ et Poloniæ Rege, in dicta terra Sandomirien. Castro Ciuitate, Oppidis, & Villis uterq. eorum habebat obligatas & inscriptas. Literas quoq. diuersas nostras & præfati germani Nostri Domini Vladislai Regis (in quibus inscriptio et obligatio præfatarum summarum cum causis et respectibus, denotata et expressa ad liquidum continebat) in potestatem Nostram per manus Venerabilis Dni Stanislai de Kurozwiąki Regni Nostri Vice Cancellarij restituit, de terra quoq. prædicta Sandomirien. Castro, Ciuitate, Oppidis, & Villis effectualiter & ad integrum, nihil sibi aut successoribus suis Iuris, proprietatis & dominii, in eisdem relinquendo excesserit, spontanea, Vltronea, et mera sua Voluntate, pro Regni sui augmento et profectu. Ne itaq. casu aliquo sinistro (quod Deus auferat) uel euentu, Voluntatem suam optimam, in Augmentum Regni Nostri & Reipp. ordinatam contingat, quoquomodo infringi uel deformari, tenore præsentium, in Verbo Nostro Regio promittimus pollicemur, & nos fide bona astringimus, inscribimus, et obligamus. Quod præfatam terram Sandomirien. Castrum, Ciuitatem Oppida, & Villas in toto uel in parte per ipsum Joannem Palatinum nobis resignatam & donatam, nulli hominum cuiuscunq. conditionis, status, uel eminentiæ, in quacunq. Nostra & Regni Nostri necessitate, euentu, uel successu, casu, infeudabimus, inscribemus, Vendemus, donabimus, obligabimus, locabimus ad tempus et ad uitam in perpetuum. uel alias quoquomodo, nec aliquam summam pecuniarum paruam aut magnam, etiam ad extenuationem, arrendationem, vel locationem, aut sub nomine extenuationis, arrendæ uel locationis, in eadem terra & Castro, Ciuitate, Oppidis & Villis, aut aliquo præmissorum, in parte uel in toto inscribemus, uel inscribi consentiemus, scienter, uel ignoranter, directe uel indirecte, uel quauis exquisita

Causa, Occa

Causa occasione uel Colore. Omnes tamen occasiones, colores, artes, fraudes, fallacitates, ingenia, quauuis subtilitate excogitata, scripta uel interposita, nulli hominum, cuiuscunq; conditionis, Status, sexus uel preeminentie existat, qui contra Nostram ordinacionem in toto uel in parte, excuserit, aut excusacionem, uel purgationem sui uelens, huiusq; priuilegio uti, uelit & creatus, trahi. Si autem Plenti hac premissionis, pollicitationi astrictioni, subscriptioni, uel obligacioni contraueneremus et eam violaueremus in toto uel in parte, et aliquam infeudacionem subscriptionem, donacionem, Venditionem & obligacionem, de dicta terra Sandomiriensi, eiusq; Castro, Ciuitate, oppidis & uillis, censibus, teloniis, & quibuscunq; eiusdem reddibus fecerimus, extunc talem infeudacionem Volumus et decernimus esse nullam, & irritam, nec ullum unquam posse obtinere robur, uelut ea, quod in damnum Regni Regni Nostri procederet lesionem et offensam. Sed et per sonam cuiuscunq; Status et conditionis existeret, quo subscriptione & infeudacionem, supra dictam terra Sandomiriensem Castrorq; Ciuitate, Oppidis & uillis, ambobus uel successoribus Nostris subiiceret, tam de alie natis, quoq; Regni eam esse decernimus, Nostrumq; ac Regni Poloniae publicum hostem et fraudatore declaramus. habebimusq; fautores Nos & Successores Nostri, quin & Consiliary Regni Nostri habebunt, hominem tam impium & ambitiosum a predicta terra Sandomiriensi, Castro, Ciuitate, oppidis et uillis aut parte earum, quam cunq; occupauerit, absq; omni iure & strepitu iudicii, amouendi et expellendi, tanqua communis boni hostem & perturbatorem. In cuius rei testimonium Sigillum Nostrum, Presentibus est subappensum. Actum in Conuentione Generali Petricouie Feria quinta ante Dominicam Esto mihi: 1470. Presentibus Reuerendissimo & Reuerendis in Christo Patribus, Dominis Iacobo Sancte Gnesnen Eccle Archiepiscopo & primate, Stigneo Vladislauiensi, & Andrea Varmien Episcopis nec non Magnificis & Generosis Matthia de Brin Posnanien, Iacobo de Dambno Sandomiriensi Nicolao de Odrowonz Cracouien Palatinis ceterisq; Dignitariis & Officialibus Regni Nostri & Curiensibus quam plurimis. Datum per manus Venerabilis Stanislai de Kurozwanki Regni Poloniae Vicecancellary. Casimiri III.

fol: 85.

Imo amittat penuriam, qui eam dederit, super terras Principales, in quibus sunt Capitanei atus.

Item cum bona et possessiones mensae Nostre Regalis, ne dum pro persona Nostra, sed et pro tuitione & conseruadne Regni totius, sunt alias pia ordinata

pio ordinata, Volumus: quod & ponemus in obligationem, pro penuriis, ca
stra, et terras principales, seu capitales, in quibus capitaneatus consistunt.
Et si quis a nobis huiusmodi terras, aut castra, sic in obligationem receperit
pecunias per eum datas, eo ipso amittat. Cap. III. in Dieta Lodz 1454.

Itaque bona Regalia, si necessitas Regni urgeat, alibi
quam in Conuentione generali, cum assensu Consiliano
rum sunt inscribenda, idq; semper ad extenuadne. ali
quam, honoris et pecunie Amissionis pena, seu fa
ctus feret.

Quoniam de bonis Mense Regalis, Status Regius etiam consuevit spe
ciem habere prouisionem: & illis de habitis, necessario Status Maiestatis
Regie publicis auxiliis deberet sustentari, tot uero onera in Regno contin
gunt ferenda, ut etiam publicis auxiliis, impossibile esset satisfacere
& prouidendo statui Regio & necessitatibus occurrentibus, Ita igitur
Successiue enim omnia ualeant bona Mense Regie Statutum est. &
per Maiestatem Regiam approbata esse debet. Quod bona Regalia dume
ximuntur, uel si quopiam modo deuoluent ad Regiam Maiestatem amplius
& impignorabunt nec donabunt per Maiestatem Regiam nisi in Generali
Conuentione pro Regni necessitate, Consilianij consentirent, obligandi
donanda, uel inscribenda. Propterea quod Regia Maiestas neminj ampli
us, ad summas priores, in bonis Regalibus adscribet quicquam. Et si in
scriptionem fieri contingat, etiam in generali Conuentione dominis Con
siliarijs consentientibus, nihilominus perpetuo obseruandum deberet
sit. Quod neminj aliqua bona Mense Regalis, Maiestas Regia deberet
inscribere, absq; conditione extenuationis. Qui uero contra predictum Statu
tum, pecuniam super bona Regalia dederit, ille perdet & honorem & pecu
niam, quam habet inscriptam. Alexander Petric: 1504.

Ne quis boues, alienas recipiat.

Cum alicui quatuor boues sint recepti violenter et de huiusmodi violentia
fecerit protestatione, Volumus: quod pro huiusmodi negligentia boum & la
borum, pro qualibet Septimana, quatuor Scotos, damnum & iniuriam
passo ad pena Pignadictis, & Iudicio alia similem pena Soluere
illator iniuria teneatur. Cap. Magn. Wislicie 1386 Fol 20.

De impignoratione boum, quomodo sit procedendum. Vide in
Titulo. Pignoratio.

Burgrabii

Burgrabii.

Burgrabii & Iudices Capitaneorum, sint possessionati.

Cum nouæ & antiquæ Constitutiones decernant, Dignitarios & Officiales terrarum, illis possessionatos esse debere, ubi Dignitates & Officia obtinent, te Iudicibus tamen & Burgrabiis Capitaneorum non uidetur quicquam hactenus esse constitutum: Quapropter decernimus, quod Iudices & Burgrabii sint possessionati in illis terris, in quibus a suis Capitaneis Constituti, Officia exercent. Sigismundus Craco: 1507.

Burgrabii & Iudices, itinerantes defendant.

Decernimus: quod Iudices & Burgrabii, ipsos terrigenas & Subditos Nostros, itinerumque ac itinerantium Securitatem, iuxta Iuris formam a Violentiis Iniuriantium defendant, ad Soluonem vero pœnarum, quæ ex Iudicio debentur, eosdem compellant. Sigismundus Crac: 1507 Fol. 6.

Burgrabii seu tenutarii Castrorum, coram Officialibus Regni respondeant

Decernimus. quod ipsi Burgrabii, seu rectores Castrorum, & homines ipsorum, coram Capitaneis, Iudicibus, Subiudicibus Regni prædicti qui pro tempore fuerint citati compareant & respondeant de se querulantibus, prout cæteri Nobiles, & homines quicunque Regni prædicti dum modo causa Ultionis Sanguinem non requirat, cuius cognitionem pro Nobis & Nostris Successoribus, reseruamus specialiter. Ex Priuilegio Ludouici Cassouiæ 1574. Fol 41.

Calumnia & Calumniator

Item cum omnis regula Iuris uiam præcludat calumniis. Statuendum censuimus: quod si contingerit & cuipiam obiiceretur Calumnia, calumniatorque ab antiquo non cupetur, quia scilicet procurauit, aut procurat causam calumniosam, ipse calumniator luet calumniato cum se purgauerit, pœnam trium Marcarum & Iudicio trium, Talis autem purgatio ipsis calumniatoribus, duntaxat tribus Vicibus est indicenda. Cum uero quarta Vice quis culpatus fuerit de opere calumniæ, amplius ad expurgationem admitti non debet, sed si conuictus fuerit pro suo scelere, nares sibi præcidi debent ad instar equi Castrati, & eo ipso honore seprivatus, nec iure Nobilium peramplius, aut eodem aliquatenus tueri potest. Casimirus in Nieslowa 1454 Fol 94.

Calumniatoriæ

Calumniatorie Citationes.

Item volumus et decernimus, quod calumniatrices et falsi Citadeg, ac inordinate locum in judiciis q̃ habeant, pro quibus iusto qualitatem excelsus Dignitarij judicio presidentes, habeant facultate eosdem calumniatores & falsas & inordinatas Citadnes, puniendi, corrigendi, & mutilandi. Calim in Corbeya 1451 Fol 66.

Calumniatoria Citatio.

Tametsi contra Citadnas calumniatorias quæ uehementer increbuerunt, sint leges edite, quia tamen in hoc dubitatu fuit, ubinã tales Citadnes deberent cognosci, quam quidem dubitadnem nos pdictas volentes ita constituimus. Quia pro talibus Citadnibus q̃ alibi cognoscendi ita constitutum est, nisi apud illud judicium vel officium apud quod producent. Nihilominus duntaxat eo tempore, cum pars hec minus grauata eo nomine actionem instituere volet Appellatio, seu motio ad nos procedere de tel. sigilld Aug 1550

Si quis Calumniosa citauerit aliquem, pro inuasione domestica cum quilpiam personam iustam & innocentem, pro inuasione domus calumniose culpauerit extunc cum in culpatus deputatus turri recludendus: in tali casu, Nos et successores Nostri priusquã ad deputandum in turri festinauerimus, scrutabimur & scrutabuntur, si rei debebimus et debebunt, ueram passionem rei, Culpe, & Calumniatoris quo in Calumnia comperto, nos talem ex debita auctoritati Nostre tenemur pronunciabimus, & inde per in facie cauteriari demandabimus. Joann Alber: Fol 10b.

§ Calumnians mulier quempiam, dicti sibi illata. Vide in Titulo Virgo.

Camerarii.

Camerarii, Palatini, & Succamerarii, Judicium olim presidebant in terminis particularibus, qui alienas causas ne procurent. In terminis particularibus Camerarii Judicum & subjudices, item alii duo Camerarii, videlicet Palatini & Succamerarii sunt eligendi, ac per eosdem ad illos adiungendi, sine quibus Judices & Subjudices & Camerarii eorum q̃ habeant iudicandi facultatem. Judicti ed Camerarii seu officiales Judicii sic locandi, q̃ debebunt alias causas, nisi propriam procurare, vel ad procurandum se de Judicio leuare. Gladio sigillo Curie & Carte 1429 Fol 45.

Judices q̃ per

Iudices n̄ per Camerarios, sed per se Iudiciis præsideant.

Item decernimus: quod Iudices & Subiudices propriis in personis & n̄ per Camerarios, Iudiciis tenebunt præsidere. Casim III. in Korczyn 1451. Fol 88

§ De Camerariorum Sententia redarguta. Vide Titt. Castellanus.

§ Camerarii Iudiciū suū exercere possunt, etiā in absentia eorum, qui interesse debeant. Vide in Titulo Iudicium.

§. Camerariorū, Vices Succamerariorū in limitibus obeuntiū quod Salarium sit. Vide in Titulo. Succamerarius.

Cancellaria

A Citaōne Regali, in Cancellaria nihil detur nihil etiam accipiatur.

Item ne prædicti Nostri Subditi in Cancellaria Nostra, a Notariis plus iusto grauentur, Decernimus: quod deinceps a Citaōnibus nihil accipiatur. Sigism Petricouiæ 1511 Fol 16.

Prælati ex Cancellariis & Vice Cancellariis sint

Cancellarij & Vice Cancellarij expectantes erunt primi, Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Prælaturarum & aliarū Dignitatum & Beneficiorum, proxime ac primo Vocaturorum Alexand Petrico: 1504 Fol 119.

Officia Cancellariæ Rex in Conuentione generali conferre debet.

Officia Cancellariæ Rex de cætero conferre debeat cū Consilio Consiliariorum, in Conuentione generali. Alexander in Radom Fol 119.

Attamen & Sigismundus promotionem Cancellarij & Vice Cancellarii & Secretarij Maioris in Sua reliquit potestate.

Item in Statuto Alexandri Regis, quod est de Cancellario & de Vice Cancellario Regni, de Prælaturis & Dignitatibus uacantibus, prouidendo Volumus & decernimus: ut habeat per nos et Successores Nr̄os debita ratio laborum & Seruitutis eorū, in Nostro tamen Arbitrio & Successorum Nostrorum reponimus, Ut pro meritis & Virtute Vnius cuiusq liberum sit nobis offerente se nobis opportunitate, prout uidebitur Reipb! expedire, Vnumquemq ad Statum & condiōnem altiorē promouere. Quam moderaōnem, etiam ad Statutum de Secretario primo, seu Maiore referimus. Sigism Cracouiæ 1507 A. 2.

Cancellarius & Vice Cancellarius, pari authoritate sint.

Cancellarius au-

Cancellarij autem & Vice Cancellarij officia, a modo Officij autoritate executione, expeditione, & consuetudine sic ordinabuntur, quod censeantur inuicem copulata esse. Alexan: Petric: 1504 Fol 119.

Cancellarius & Vice Cancellarius, literas contrarias Iuri ne dent.

Cancellarius et Vice Cancellarius, literas super donationibus & Inscriptionibus bonorum nemini dent aliter: quam Constitutiones Regni continent. Literae autem Iuri contrariae intelligantur. Inhibitiones ad Iudicia, quae emanant absque necessitate Reipub. Item Commissiones inter personas, nisi granicierum diuisionis, uel de consensu partium essent, Item liberationes, ab expeditione bellica Alexan: Petr: 1504 Fol 119.

Causas Teutonicas Cancellarij & Referendarij quoque audient, quas simul etiam Regi conferant.

Quia in Iudiciis Teutonicalibus, multas causas Nobilitas habere solet, cum ergo tales causae obuenient, tum eas cum Consiliariis, qui circa nos tunc praesentes fuerint, iudicabimus, atque absoluemus. Cancellariae uero Officiales cum Referendariis, aut dient easdem, & partibus praesentibus nobis referent. Sigismund Augus Petrico: 1550.

Libri seu Regestra Cancellariae, ad probationem super bona, nihil Valeant.

Quoniam magno detrimento afficerentur permulti Regni Nri Subditi, vbi libri seu Regestra Cancellariae, quibus magni momenti Priuilegia & alia hominum Iura, et munimenta fideliter inscripta sunt, suspecta, aut fide carentia censeri debeant, sicut hactenus, pro Varietate opinionum putatum est et ab aliquibus desideratum, ut abolerentur et cassarentur. Nos itaque Volentes quosdam metu, non admodum necessario, liberare in praesenti Conuentu decreuimus. Neminem ex Subditis Nostris debere aut posse inquietari, molestari, aut etiam periclitari, super bonis quibuscunque, quae per literas, ex libris Cancellariae Nrae sumptas, & descriptas, quod fuerint Regalia probari possent. Tales enim literas, quo ad eum effectum, molestandi aliquem ex Subditis Nris, nullius roboris et momenti esse Volumus & decernimus. Sigismund Petricouiae 1530 B3.

Libri uero Cancellariae quid est Inscribendum, & si quis literas è Regestris Cancellariae extractas, ijsdem Regestris comprobare non poterit, propter Vetustatem easdem Iuramento comprobabit.

Caeterum Ad eim

eterum ut deinceps futuris temporibus libri ipsi Cancellarie Rte tan
to diligentius et sinbant et seruent. Volumus et firmiter decernimus
Vt Cancellarius et Vice Cancellarius Regni Hri ipsi soli libros eosdem, in
suo Custodio diligenter obseruent, habeantq; semper Hum, vel duos
Notarios, vel Scribas juratos: qui omnia Priuilegia, decreta, recognitiones,
& alia quæ ad nec'sitates et Seruitates hominu coram nobis fiunt
et sub Sigillis Nostris concedentur, bene et fideliter in libros huius
modi seu Regestra, deinceps inscribant. Quod si aliquis Subditorum No
strorum, casu aliquo aduerso aut fortuito, literas a nobis emanatas &
libris Cancellarie Rte inscriptas, perdident, amiserit, aut alioquin Pri
atas habuerit. officiales Cancellarie Rte tenebunt et debebunt, omni
bus talibus, cum petierint, sine vlla difficultate & renitentia, alias
literas ex libris Nostris, n mutato prior tenore descriptas. sub Sigillo
dare et extradere, uerum Vt literæ ex libris Cancellarie extracte, al
legarent Suspecte, Regestris seu libris Cancellarie comprobari, propter an
tiquitatem, n possent, tum Juramento producentis, Vt moris est, comprobari
debent. Sigism Petric: 1590 Ibidem.

Taxa Literarum Cancellarie.

Item ne predicti Nri Subditi, in Cancellaria Rte, a Notariis plus iusto gra
uent Decernimus: Quod deinceps, a Citationibus nihil accipiatur: a Pro
curatorio tres Grossi: a literis Commissionis cum mandato decē grossi:
a literis Consensus, super bona Rte Regni duo flareni, ab aliis vero
Inscriptionibus communibus duo Sexagena. Item a quibuslibet
literis clausis Sex grossi: a literis perpetuis in pergameno cum Sexa
gena quinq; Soluantq. Reddituam autem taxam literarum Nostra
rum obseruandam decreuimus, fauore Nobilitatis Regni Hri quam
in hoc Speciali prerogatiua condonare Voluimus. Cæteri vero Subdi
et homines externi, Soluent literas, iuxta arbitrium & Voluntatem
Cancellarie Nostre. Sigism Petric: 1511 Fol 26.

Vt in Cancellariatu & Vice Cancellariatu Regni, alter
sit Spiritualis alter Secularis.

Petitionibus Baronū et Nobiliū Regni Nri annuentes perpetuo
decreuimus Statuto: Vt in futurum in Cancellariatu & Vice Cancella
riatus Officiis cum aliquod eorum vacare contigerit. Nos et Succes
res Nostri, ad unum ex illis Spiritualem personam, et ad aliud Secula
rem preficere debeamus. Propter Actiones, quæ interdum tales eueniunt
quod Spirituali

quod Spirituali Personae, earum executionem committi non conuenit. Sigismundi 1507 Fol. 4.

Cancellaria taxam literarum ne excedat.

Cauendo, ne Nobilitas grauaretur, circa receptionem & scriptionem quarumcunque literarum renouamus Statutum: Vt Cancellaria conseruet se, iuxta hoc ipsum Statutum Serenissimi olim Parentis Nostri, de eo conditum. Sigismundi Aug. Petr 1550

Cancellariatus Vice Cancellariatus, Marschalcatus de quibuscunque terris.

Cancellariatum, Vice Cancellariatum, Marschalcatum & alia Officia Curiae distribuemus Viris idoneis, siue fuerint de terris Majoris Poloniae, siue Cracouiae, alias Minoris Poloniae. Casim: III. 1459 Fol 93.

Cancellarij, et Vice Cancellarii tam Spirituales quam Seculares dignitates cum Sigillo tenere non possunt.

Item Cancellarius, & Vice Cancellarius, post pacificam assecutionem cuiuscunque Gnesnensis, Cracouien, Vladislauien Posnanien Varmien aut Plocensis, Ecclesiarum Episcopatum tenebitur Officium resignare, et pari modo de Secularibus istud Officialibus intelligatur, Vt et ipsi Palatinatu aut Castellanatu assecuto Officio cedant, illudque Rex de caetero conferre debeat cum Consilio Consiliariorum, in Conuentu generali. Alexander Rex Fol: 113.

Capitanei sint Possessionati.

Capitanei et eorum Officiales sint possessionati in terris, Vbi ipsa Officia gerunt iuxta Antiquum Statutum, alioquin suis Officiis per Nos priuari debebunt. Sigismundi Petricouiae 1519 Fol 22.

Capitanei et Vice Capitanei et Iudices sint possessionati.

Capitanei et Vice Capitanei, et Iudices Castrenses sint possessionati, sub poena amissionis Officiorum Capitanealium, contra quos Capitaneos et Vice Capitaneos et Iudices, similiter etiam Nuntii illius terrae Instigare debent ac tenebuntur. Sigismundi Crac: 1543.

Poena Capitaneorum negligentium

Vt Officiales et Dignitarii diligentius intendant exequutioni et Iudiciorum et administrationum eis incumbentium, innitendo prioribus Constitutionibus Decreuimus: Vt quotiens Capitanei in exequendis iis, quae ad ipsorum Officium pertinent, negligentes reperti fuerint, si in obligatione bona

Capitaneatuum

Capitaneatuũ suorum teneant, puniantur pœna Centum Marcarum, de eorũ summa eis defalcandarum. Si autem in liberis bonis Capitanei extiterint priuatione Officii Capitaneatus volumus esse puniendos. Sigis Crac: 1507 Fol: 9.

Quatuor Articulos Capitaneus, seu eius Iudex Iudicabit.

Relatum est nobis, quod Capitanei Nostrarum terrarũ communiter causas quascunq; quæ minime ad eos dignoscunt pertinere iudicant, sententiant, et discernunt. Volentes igitur imponere eis modum iudicandi Decernimus. Quod Capitanei terrarum Nostrarũ n̄ debeant alias causas, præter infra scriptos articulos iudicare: Scilicet pro violentia fœminarum, pro depredatione stratæ publicæ, pro incendio et immissione ignis, pro violenta inuasione domicilii alicuius, aliarum autem causarum minime iudicandi habeant facultatem. Iagello Crac: 1423 Fol: 45.

De eodem, quod Quatuor Articulos Capitaneus iudicat

Item statuimus: quod Capitanei Nri n̄ iudicent indistincte, præterquam quatuor articulos, pro concussione viæ Regiæ ubi mercatoribus uiolentia infertur, pro incendio: pro inuasione domus violenta manu: et oppressione fœminarum. Casimir in Nieszowa 1454 Fol 93.

De eisdem quatuor Articulis, iuxta Statutum Niessouiense Iudicandis.

Item ad tollendum nonullorũ Capitaneorũ abusus, Decreuimus: Vt ipsi Capitanei iudicent duntaxat Articulos quatuor in Priuilegio præinserto descriptos. Alber: Petrico: 1496 Fol 97.

Alioquin, nullitas sit Iudicii Capitanei: si quid Vltra quatuor articulos iudicauerit.

Et nihilominus si quid Vltra articulos quatuor iudicarent, id irritum & inane esse volumus et decernimus. Idem Rex Fol 97.

In Causis a Iudicio Capitaneorũ alienis, impune n̄ paretur, uel terminus prorogatur.

Volumus et statuimus: Vt Capnei præter articulos in statuto expressos nullas alias causas iudicent, etiam si quis, uel n̄ comparuerit, uel ex ignorantia Iurisdictionem Capitanei prorogauerit. Et si quid in Contrarium fecerint, eorum Iudicium nullitatis vitio cassetur. Sigismũ Cracou: 1532 B 1.

Capitaneus ergo, de Violationibus Virginũ & oppressione Viduarum & maritatarum Iudicet.

Quicunq; itaq; Virgini, seu Viduæ uel coniugatæ, in Campo, Sylua, domo, aut Vbicunq;

mo, aut ubicunq; opprimendo violentiam fecerit, et virgo, seu mulier, eva dens violentiam oppressoris, si infra triduu, ad villam viciniorem veniens seu in villa existens, ad vicinos clamauerit, prolando, vel lacrymando, narrandoq; sibi violentiam esse illatam, & signa oppressionis in ea appa ruerint manifesta, et subsequenter iurauerit, in gratia nostra, amicorumq; eius idem oppressor existat. et hoc si de cuius clamore, dicti villani fuerint protestati. Si vero virgo de oppressione aliquem accusauerit calumniose et in ea signa n̄ apparuerint oppressionis, extunc is quem accusauit, cum sex conditionis suæ hominibus se expurgabit, ipsa calumniatrix cuius cunq; status et conditionis existat, pœna debita castigetur. Casim: Visliciæ 1368 Fol 94.

Capitanei itaque iudicent terminos in sex hebdomadis ante unam hebdomadam publicè prædicentes.

Item statuimus: quod Capitanei nostri iudicia sua n̄ iudicent, in arctiori tempore, nisi in sex hebdomadis, quodq; ante hac ipsorū iudicia huius modi ante unam septimanam præconisent et proclament, locusq; tali iudicio publice designetur. Casim: in Nieslowa 1454 Fol 92.

Capitanei et Tenutarij, Nobilitati in limitibus vim n̄ inferant.

Capitanei et tenutarij bonorum nostrorū, violentias nobilitati in li mitibus n̄ inferant, nec eosdem limites, per Commissarios nostros factos, vi destruant. Sigismū 1519 Fol 22.

De eodem: quod Capitanei in sex septimanis iudicent iu dicia, et si illos abesse, ex iusta causa contigerit, possessi onatos iudices substituant pro se: sub priuatione officii.

Hæc autem iudicia celebrabunt (Capitanei) in sex septimanis, quibus personaliter intersint. et quotiens n̄ interessent, constituent nobilem iu dicem possessionatum, in eodem Capitaneatu domicilium habentem causasq; et iudicia discernere scientem. Quod faciant sub priuatione Ca pitaneatus, cui pœnæ subiicient, quotiescunq; causa quacunq; priuata impediti, iudiciis n̄ interessent, excepto quod propter necessitates aut actiones Reipb vel nrās interesse n̄ valerent. Alber: Petri: 1496 Fol 97.

Capitanei n̄ priuatis sed in consuetis, ac publicis locis, iudicabunt: sub pœna nullitatis.

Item ad tollendum nonnullorū Capitaneorū abusus, dum videlicet reli ctis Capitaneatuum locis consuetis, in quibus iudicia exercere consueue runt, nonnunquā tribunalia iudiciorum suorum, in locis ab officio ipsorū alienis constitu

alienis constituunt. Decreuimus et statuimus, Vt ipsi Capitanei terrarum, ac districtuũ, ñ in aliis iudicent locis quam Capitaneatuũ propriis alias in quibus Iudicia esse consueuerunt, articulos tamen duntaxat in Priuilegio Iuris communis descriptos. Sigism Petri: 1497 Fol 97.

Alioquin, nullitas est Iudicii Capnealis, si quid vel non in tempore, vel non in loco Iudicauerit.

Et nihilominus, si quid vltra articulos quatuor, aut in aliis temporibus, et locis inconsuetis iudicarent: id irritum et inane esse volumus et decernimus. Albertus 1496 Fol: 97.

Cum autem Criminales fere causas Capitaneus iudicet quisq; pro recenti Crimine infra annum et sex hebdomadas actionem intentet.

Querebant, Subditi Nri Majoris, Poloniæ, præsertim de Capitaneatu Posnaniensi, Citationibus Capnei se vehementer grauari quamobrem decreuimus: Quod ad Capitaneum citari nemo debet, nisi pro recenti crimine. Tempus autem recentis Criminis sit, annus et sex hebdomadæ. Alexander in Radom: 1505 Fol 116.

Vt Rex, ita Capitaneus, potest Ministerialẽ dare ad Citandũ

Decernimus etiam declarando, quod Nos, vel Capitaneus Noster vel Palatinus, vel Iudex, vel Subiudex, vel Officialis, qui dicitur Cooßny habeant facultatem dandi Ministerialem ad citandum. Casim: Visliciæ 1368 Fol 37.

Capitaneus tantum Iure Victos, ad Soluõnem pœnarum compellat.

Capitanei ipsorumq; Iudices et Burgrabii ad Soluõnem pœnarum quæ ex Iudicato debent, terrigenas et subditos nostros compellant. Sigism Crac: 1507.

§ Qua pœna puniunt Capitanei negligentes in exequenda re Iudicata Vide in Titulo. Processus Iuris.

§ Olim Capitaneus Commissarios, sumptibus et expensis Regiis sustentabat. Vide in Titulo Commissarii

§ Capitanei ñ exequentes Constituõnes Palatini in pretio rerum venalium, si liberos Capitaneatus habent, illis priuentur, si liberos, centũ Marcis puniant. Vide in Titulo. Palatinus.

Capitanei ad limites faciendos venire negligentes viginti Octo Marcis puniantur.

Item quia ex Querelis Nobilitatis accepimus, multos damnis Affici negligentia Capita

gligentia Capitaneorum et tenutariorum bonorum Nostrorum qui per Iudices Commissarios accersiti, ad limitanda bona Nostra, cum bonis prædictæ Nobilitatis uenire recusant. Huic igitur incommodo occurrere Volentes Statuimus: Ut si deinceps Capitanei uel tenutarii Nri accersiti uenire neglexerint, ad easdem limites faciendos, pœna Viginti octo Marcarum per nos puniantur. quarum medietas parti: reliqua nobis et Successoribus Nostris cedere debet. Sigism Petri: 1511 Fol 20.

§ De defensione limitum per Capitaneos et Iniuriis mē eorundem illatis, Vide in Titulo Bona Regalia

§ Capitanei, excommunicatos n̄ punientes, censuris Ecclesiasticis puniantur. Vide in Titulo Priuilegium

§ Iuramentum Capitaneorum. Vide in Titulo Iuramentum

Impossessionatos Capneus Iudicabit, Vide in Titulo Impossessionati

§ Capitaneus Stipendiatos milites damna inferentes ad Satisfactionem Compellat. Vide in Titulo Stipendiati.

§ Coram Capneo n̄ est Terminus peremptorius. Vide in Titulo Terminus

§ Palatinus et Castellanus, in Capitaneatu præfici n̄ potest, præter Palatinum Cracouien. Vide in Titulo. Palatinus

CARDINALATUS

Ecclesia Gnesnen præponitur Cracouiensi. Cardinalatus et Legationes, n̄ ambiantur. quodq; Alternatim Archiepiscopus et Cardinalis, ad consilium accedebant.

Alexander Significamus: quia Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Andreas Roza Archiepiscopus Gnesnen et Regni Nri Primas in Pntia Consiliariorum & Prælatorum Spiritualium et Secularium Suas nobis porrexit petitiones, ut ex Regestris Cancellariæ, et Serenissimi olim Casimiri Regis Poloniæ, Patris prædecessorisq; Nri Priuilegium ad Ecclesiam Gnesnen pertinens, per ipsam olim Paternam Maiestatem Regiam donatum atq; concessum transcribere, illudq; innouare & Confirmare dignaremur. cuius Sequitur tenor. Alexander Rex 1451.

Casiminus Significamus tenore Pntium, quibus expedit Vniuersis Pntibus et futuris. Quod cum inter Nras Regni Poloniæ & Subditos earum, n̄ modica orta esset differentia, disceptatioq; n̄ mediocris fieret, de et super Cardinalatu Reuerendissimi in Christo Patris Dni Stignei Episco

Signei Episcopi Cracovien, propter quam etiam Re. Spt. Regni ipsius dilo/
uchat, et compluima incommoda capiebat. Vt tandem talem differentia
discessionis prout ex debito regimine Nostri tenemur, semouere, sedare, com
planare, et ipsas terras Nostras ad statum reducere debitū Vnionis volentes, in
dicto per Nos, super eo re, potissime, perlamento Prelatorum & Baronū Re.
gni Nri prefati in hoc loco oppidi, Petricouien pro festo Pentecostes seruato
de consilio eorundem Prelatoru & Baronū Nostrorū per quos ita vt sequit
conclusum, determinatum, definitū et decretū extitit. In primis autem quod
Sedes Metropolitana Gnesnen, domini quoq; Archiepiscopi et Primatis. e
dis eiusdem, pro tempore existentis in omni Jure, authoritate, & potesta
te, prerogatiua, Jurisdictione, et Consuetudine, quas alias Ecclesia Gne
snen ab antiquo, supra Ecclesiam Cracovien habuit et habet, debeat
in quum conseruari
Item statuimus et ordinauimus. quod prefatū Signeū, Cardinalē et Epi
scopum Cracovien, omnes et singuli regnicolæ, cuiuscunq; dignitatis, sta
tus et conditionis existant, pro uero et indubitato Cardinali tenebunt
et reputabunt, eumq; ipsius Cardinalatus titulo scribere, intitulabunt
et nominabunt, scribere, et intitulare et nominare tenebunt & sing.
Astrich. Item amodo et de cetero, neq; Dnus Archiepiscopus Gnesnen
neq; Episcopus Cracovien & ceteri Epi. prætitulabunt aut petent, seq;
petere debent, aut quouis modo impetrare dignitatem Cardinalatus
aut Legationes Sedis Apostolicæ, absq; consensu Nostro & Omnium Con
siliariorum Regni. Cæterum ut quæcunq; impedimenta in Consiliis
pro bono publico fiendis cessent et difficultates amputent, firmiq; sta
bilitas Consilioni in Regno ipso Nostro permaneat, vterq; Prelatorū
predictorū vadant cum ceteris Prelatis et Baronibus ad conuentio
nes pro tempore statuendas datum ad tempus Consilia opportuna. Se
alter eorum. Una die, et alius altera die ad Consilium veniat et in
predia, quem tum Nos vocandum duxerimus. Non Volumus tamen hu
iusmodi debet remanere et stare, datoris nihilominus absque Consilio
opportuno, super quibus fuerit requisitus. Præterea hoc pleno de
cretum in premissis factum, habitum, & conclusi inuiolabiliter
per partes teneri debet et irrefragabiliter obseruari. Qui vero illud
seruare, tenere, et ad illud attendere nollet, sperneret aut minime ob
seruaret. Nos contra talem parte premissa non seruante et omnes Consiliarii
Nri atq; regnicolæ omnino esse debemus et eum permittere, eum Nri propria
Voluntate. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum sigil
lum Nostrum

lum Nostrum Presentibus est Subappensum. Actum in Piotrkow in Conuentione generali Feria quinta infra octauas Pentecostes A° 1451.

Castellani

Castellanorum ad Judicia celebranda designata loca

Quia plerumque habentes Jurisdictionem a Casu et pro libito Suae Voluntatis consueuerunt ad Judicium acceptare, uel eligere sibi loca quaelibet ideo terminata, et ideo Utquisque Suis terminis sit contentus, statuimus: quod Cracouien Castellanus in tribus duntaxat locis uidelicet in Cracouia, in Andrzeiow, et in Wieliczka, Sua debet et tenetur Judicia peractare, alias tanquam non a Suo Judice, quicquid factum fuerit uel Judicatum, nullam habeat facultatem. Idem de Castellano Sandomirien et aliis fieri statuimus. Casim: Vislicia Fol 12.

Castellani ne dent Citationes, sine certo Actore.

Sic Judices, Subiudices.

Prohibentes nihilominus Castellanis, et quibuslibet Judicibus, et Subiudicibus, quod deinceps, sine certo Actore, et causa Expressa non debent decernere, nec dare aliquas citationes. Idem in Titulo. Citatio Vide. Casim: Vislicia Fol 14.

Qui arguit Sententiam Castellanorum, aut eorum Camerariorum &c: quid Unicuique Soluet.

Cum aliquis arguit alias Nagani, Sententiam Castellani Cracouien, tunc pelliceam hermelinam alias Gronastaiowy: Castellanis autem Sandomirien et Lubinen pelliceas mustellinas alias popielice, cuilibet etiam Palatino, pelliceas mustellinas. Judicibus autem Cracouiensi et Sandomirien pelliceas mardurinas, Subiudicibus Vulpinas, Succamerariis per Sex Marcas: Camerariis autem istorum, et aliorum omnium Nrorum Dignitariorum per Sex Scotos Judicibus Castellanorum per media Marcam, cuilibet Notario terrestri, pelliceas Vulpinas, aliis uero Castellanis et Judicibus (Cracouien, Sandomirien et Lublinen exceptis) per Sex Scotos Marcas, absque omni contradictione et antequam ad aliquam audientiam admittatur, dare et satisfacere teneatur. Casim: Vislicia 1368 Fol 28.

Castellanorum Judices.

Si Judicibus Castellanorum, obiicet aliquis falsitatem Sententiae, audiri minime teneatur, donec eis pelles agnellinae fuerint praesentatae, quas pro se obtinebunt, si similiter suum Judicium ostenderint fore Justum, Et id, quod de Judice praemisimus et Castellano etiam censuimus sentiendum. Casim: Vislicia Fol 32.

Castellanorum

Castellanorum Judices pro Capite judicabunt

Statuimus: quod pro Capite quolibet Castellanorum Judices quilibet in suo Castellania judicandi et cognoscendi habeant facultatem. Calim Visliciæ 1560 Fol. 11.

Castellanis de homicidio incerto non agat.

Si ignoratur homicida: officium pro Capite neminem culpabit. Sed consanguinei inquirent et culpent. Sed dum ignoratur quis commisit homicidii crimen Decernimus: quod Castellanis de hoc aliquod non moveat quæstionem, Sed consanguinei et proximiores culpabilem inquirentes, causam dum poterint, prosequuntur: sexta dies feriam. Calim: Visliciæ 1560 Fol. 22.

Castellanorum officia in bello.

Quadam frequentata est abusu, quod Nobilitat. sine ordine ad bellum dum generalis expeditio moveret transibat, Constitutionem Veteram non observando. Decernimus itaq. Statuto Veteri inniti, et Castellani districtus sui, ad locum in rebus per Nos designatum sine hominum diminutione et incommodo ducant. quibus quidem Auctoritatem damus, eos puniendi, qui temerarie excessus facerent, et damna hominibus inferrent, ordinationes in victu Comparando non observantes. Quod si Castellani officium suum in hoc neglexerint exequi et in prosectione damna non prohibuerint, tunc tenebuntur damna pacis solvere, si vero nobis ineteleverint, et nobis per pœnam negligentiæ quatuordecem Marcas solvent. Et solchim vero cum Castellanis ordinabunt Districtus: et Castellanis eos dividendos dividunt et deputabunt, præsertim in Allajori Polonia, et in hoc modo ante ordinatum fuisse reperit. Dum vero Castellanus cum Districtu suo moveret, et bellum, ut homines pergunt, debet Castellanus suo exercitui locum deputare, et in loco competenti vento, nimium extendere, et quatuor diebus in eodem loco demorari et tunc progredi, sine hominum diminutione victualia quidem de statuto cautum est, solvendo. Et cum ad locum, in rebus designatum venerit, Palatino huic eum distinctum quem duxit consignabit. Sigism. Augustus 1510 Fol. 61.

§ Similis. Item Nobiles Districtuum cum suis Castellanis ad locum generalis belli designatum procedant, et Castellanus in prosectione debilitate conquerentibus, super damnis et diminutionibus justitiam faciat. Inobedientes autem Nobis et successoribus Nris deferat. Quod si deferre neglexerit, et tunc damna pacis persolvet. Si vero idem Castellanus ægritudine vel aliquo alio Causabili fuerit impeditus, et tunc poterit, et tunc in locum alium idoneum Nobile deputabit ad premissa. Sigism. Augustus 1520 Fol. 21.

Præterea

Precia rerum ad Victum Spectantium

Item Si expeditio bellica ordinato modo fiat ad tuitionem Regni et eiusdem destructionem cedat, Veteri ordinationi & statuto inuitentes. Statuimus et ordinamus Vt Castellanus, ad bellicam expedicionem cū Nobilibus sui districtus perfecturus, quatuor vel ad minus tres dies in loco ad conueniendum designato in districtu suo expectet. Et qui Nobiles ad dictum illum non conuenerint, aut cū eo perfectionem suā non continuauerint Castellano suo proficiscenti: si damnum cuipiam fecerint tenentur eiusdem damni soluere. damnum pabulis teneantur, et debebunt Item autem Castellanus cū suo districtu proficiscens, statiua faciet cum Nobilibus non in villis, nec oppidis, sed prope illa iuxta statuta Regni. Et si nuncij, seu Coloni commeatu et alia necessaria ad exercitum eius conducere noluerint, ipse Castellanus ad villas familiares eius vel aliquos probos Nobiles mittat, qui necessaria ipsa, omnibus qui pro illis se contulerint distribuent. et curabunt ut parata pecunia soluant, modo et ordine Juxta scripta. videlicet fenum quantū Unus equus portare, setrahere poterit soluat Uno grosso, quod duobus equis asseret seu adducet duobus grossis quod quatuor equis quatuor grossis Caseata Uiginti Una tribus grossis soluet. Auena Vnus chorus Uno grosso, Casula vero auene duobus grossis soluet. Bos media Clara auena alias Siliginis Tredecim grossis. Porcus duodecim grossis Anser seu muto tribus grossis, Anseres, galine & pulli prout in Antiquo statuto descripta et soluantur. Signum. Actum. 1522. Fol 29. & 30. & Similis. De militibus mercenarijs, et de mobilitate ad seruitia bellica proficiscentibus, vel inde redeuntibus, Capitaneus exercituū Regni et Latini, seu Castellani loco id prouidere debent, ne subditis Spiritualium vel seculariū, aliqua damna violentia contra Regni Constitutiones et priuilegia inferant, et illata fuerint, ad soluendū et satisfaciendum damnorum et iniuriarum illas inferentes compellant. Cum vero milites mercenarij ex seruitio vel Nobiles Regni Nostri ab expedicione bellica, domum reuertentes aut reuersi, aut in propriis agentes alicui damna intulerint. vis iniuriam cuilibet de illis facere et ministrare, prohibemus vel officiales sui ministrabunt, iuxta statuta Regni Nostri. Signū Actum

1522 B. 4

Castellani seu Dignitarij in Capitaneos vt Constituantur

Item cum singula officia suis certis Castellanie deputata Noscantur. quod in nullis terris Regni Nri Palatini aut Castellanie in Capitaneum prefacimus

neum praeficemus praeter Capitaneum Cracovien. Casim: Vislicie Fol 92.
§ Castellani aegrotos in Conventibus qui bellum praecedent revi deant. Vide in Titulo bellum Fol: 39 & 40.

Castra per quem aedificari debeant.

§ Vide in Titulo. Privilegium Regis Ludovici
§ Legem quae vetat castra alienigenis committi. Vide in Privile: Vladis Jag:

Causa quis Cadit.

Causa cadit, qui non probat id, quod se probaturum recepit
Si quis in Citatione, vel in Controversia sua, recepit se probaturum aliquid, eaque de causa retulit se ad librum Actorum, Jus aliquod, Ministerialis recognitionem, testes, ad aliudque aliquod summum causae suae fulcimentum, neque eo probat, quo causam suam lucrari voluit, perdet. Consuetudo.

Causae ad Conventionem devolutae, statutis diebus Judicentur, et Conclusione Conventus facta a nemine Judicentur.

Consentimus, ut Causae ad Conventionem Regni Generalem devolutae duobus in Septimana diebus, quarta scilicet et sexta feria per nos deinceps recognoscantur et Judicentur. Et conclusione facta Conventus nemo postea in Causis ad Conventionem devolutis judicari debebit aut poterit

Canis

De Morsu Canis ex incitatione alicuius

Egidius conquestus est, quod canis Falconis, ex incitatione seu impulsione ipsius Falconis, taliter illum laesit et momordit, quod ex illo morsu, afferebat et ostendebat se claudicare, Falco vero eandem Canis incitationem & Impulsionem negabat. Et quia Egidius Actor, hoc non poterat comprobare. Nos in tali Casu decernimus: quod falco per Juramentum proprium, debet se expurgare.

Fera Acta & Canes, ne vi Capiantur.

Nonnullae displicentiae seu controversiae inter Nostros Subditos et Nobiles, in venationibus oriuntur ex eo: quod aliqui feras agitatas, aut canes alterius recipere non formidant nec verentur. Unde statuimus: ut si quis in posterum Cervum, Aprum, aut onagrum alterius agitatum aut Captum vi aut occulte, aut canes alterius caeperit aut rapuerit et pro se usurpaverit

uerit, talis Vsurpans pro feminis, siue canibus, tres ollarcas pro pena & has tres ollarcas illi cuius fera fuit, soluere sit astrictus.

Celeritas, in omnia Iudicia

Licet in plurimis Casibus celeritas commendet, tamen eadem celeritas in Iudiciis et causis expediendis, rationabiliter quandoq; non est obseruanda sed potius ampliande et distrahende, ex eo quod Iudicantem cunctari oportet iuxta Casum: ollam Vlricus Fol. 16.

Census Perpetui, Solo Annexi ratificantur.

Pluries per Subditos Vestros Solicitati sumus, vt literas reponi mandaremus, super censibus perpetuis domorum et in desertis literarum libertatem cuiusq; potestatem faceremus, eosdem Census perpetuos domorum, seu quorumuis locorum, solo annexos, vni ab altero redimendi, et perpetuitate onerandi, per certa summa pecuniarum inter se, inter ipsos Censuum pensi, per certa summa pecuniarum inter se, inter ipsos Censuum commutandi. Nos etsi nunquam assentiri eiusmodi petitioni voluimus, quia tamen huiusmodi ab ea ipsa petitione, quae multam in se continere videtur iniquitatem, illos cum suo vulgari molestia, et fastidio Vestro, non cessare experimur, prouidere volentes, ne in posterum, vni ab altero quod non esset equum reperendi, vel literarum super censibus perpetuos diuturnitate temporis abolita rum prouisionem expostulandi occasio (diuisionum inter Subditos Vestros Sub administratricis) prebeat. Statuimus et decernimus, cum assensu & Consilio totius Senatus Vestri, vt nemini Subditorum Vestrorum, cuiuscunq; status et conditionis extiterint, liceat quomodocunq; directe, vel indirecte, reemptionem perpetuorum et solo annexorum censuum, deinceps verbo vel facto contra veterem illorum possessionem attentare, quos perpetuos esse solo veteri & diuturna possessione, et iuxta venditiones vel inscriptiones bonorum, ad census perpetuos soluendos obligatorum, mentione probari decernimus. Signatum Cracouiae 1592 23 Iulii.

Cerevisia

Spirituales et Seculares, libere vbique locorum cerevisias coquant. Abusum illum quod ad recipiendas in ciuitatibus et oppidis vnius cerevisias, Spirituales et Seculares Subditi Vestri (specialiter in Orzesten, Studzianen, Cadzieiowicen, et in aliis quoq; locis & districtibus) compellantur, tollimus et abolemus perpetuo decernentes. Statuentes q; illos et alios vbicunq; locorum in Regno Vestro constitutos, Subditos Vestros Villarum Dominos, eorumq; Subditos, in hac libertate conseruandos, vt liceat cuicunq; cerevisias et liquores alios vbicunq; recipere, sumere, in villis et

locis aliis dictionis

lois aliis ditionis eond, brazare, et brazan facere, ac vndeunq; ipsa lue-
rint, aut voluerint, sumere, habere, propinare et vti, frui, libere, absq;
omni Nostri et Capitanei eond Nostrond prohibitionis, arcti, ac pen & for
midine. Alberg Petrico: 1496.

Cereuisiam in Ciuitatibus Nobiles sequent: Ducilia
non soluent: presertim in suos vsus.

Quia Nobilitas Regni Nostri multa onera Reipbl & presertim de-
fensionis contra hostem sustinet, statuimus: Vt quicunq; in ciuitatibus et
oppidis, ad vsum suu priuatu domesticu cereuisiam brazauerit dumta-
do id in fraudem fiat, ad solutendam contributione dictam Regie, mi-
nime teneatur. Sigism Petricouia 1511 Fol: 12.

Citatio

In Citatione Verba criminalia ne ponantur.

Maiestas Regia decreto suo in vim statuti perpetui temporibus duraturi
omnibus passim, tam Procuratoribus quam etiam aliis personis cuiuscunq;
status et conditionis existentibus, mandare et inhibere dignata est, ne
quispiam citationem inordinatam et verba in eadem que alicuius honorem
et bonā famam tangeret descripta et ad presentiam Aulis Regie & Cu-
riarū suā Maiestatis, et ad quodlibet Judicium Terrestre, siue Castren
deferre, et de eadem proponere audeat, sub pena Relationis Vniuersi ter-
mini, in turri, per omnes, in contrariū decreti sui Maiestatis Regie
facientes sustinende. Sigism decretū inter Stadioarii et Polaickeiei

Ad Judicium Terrestre citare licet, pro quacunq; Summa.

Volumus autem, ut liceat Vnicuiq; pro quacunq; Summa pecuniā, nec-
non bona hereditaria et personali aut bonis quibuscunq; totiens quotiens
citare ad Judicia terrestria. Vbi citatus parere, respondereq; tenebitur
et debebit, non excipiendo ad Termini generalis obstinem magni-
tudinem, nec potius licebit Judicibus terrestribus etiam pro magna
Summa judicare, cum liceat Vnicuiq; partium appellare. Casim: Mag.

In Citatione Vero ad Conuentū Scripta, terminus
sexta die, post ingressum Regis, prefigatur.

Item quoniam nonnunquam terminus Citationis confuse scribebatur
ad Conuentionem generalem, aut certa diei specificatione limitatus,
aut prolixius assignatus, unde contigebat pauperes nonnullos ex-
pectato termini defectu expensas de Conuentione recedere, Regie in
Justitia negligi, hac igitur nostri statuimus: quod citatio expar

te Actoris

te. Actoris super rem qua debet esse ad conuentionem generalem, continue semper terminum, seu diem sextum post ingressum Mstrum ad loum conuentionis, sub pena triu marcarum, et hoc propterea, vt lapsa spa
tiosa post ingressum Mstrum in loum conuentionis, condemnadnes et
iudicia exercant, ne expensis et impensis magnis homines grauent
Statut. Alber. 1340.

Sed omnes Citadnes Regni, quatuor uel duabus hebdo
madis ante terminum, in bona citati inferantur, iuxta
Mansionem Regiam et iuxta Citationem, ex Mayori in Mi
norem Poloniam, uel contra, euocationem.

Cum Vtilium esset nobis, et Consilianis Nostris, onerosum esse regnicolis
Nostris, ut nobis in terris Minoris Poloniae agentibus, citatis ex terris
Maioris Poloniae terminus breuis, videlicet quatuor hebdomadarum coram
nobis Comparendi, in Citationibus Mris scriberetur. Nos ad petitionem
Nuntiorum Regni Nostri Constituimus! vt nobis in terris Minoris Po
loniae agentibus, Regnicolis Maioris Poloniae terminus quatuor hebdo
madarum, coram Nobis Comparendi assignetur. Similiter uero nobis in
terris Maioris Poloniae agentibus, regnicolis ex terris Minoris Poloniae
etiam quatuor hebdomadarum terminus Comparendi prefigatur. Ca
rum uero terrarum regnicolis, in quibus nos agere contigerit, termi
duarum hebdomadarum in Citationibus scribat, iuxta Veterem consue
tudinem. Sigismundi Regis 1540.

Rex autem, Capitaneus, Palatinus, Iudex, Subiudex,
et officiales, Ministerialem ad citandum dare possunt.
Decernimus etiam declarando: quod nos uel Capitaneus Noster uel Pa
latinus, uel Iudex, uel Subiudex, uel officiales qui dicit Croby habeant
facultatem dandi Ministerialem ad citandum: ita quod hi, qui habent
sint, citentur illi per literas Mstras uel Nostri Capitanei, illis per
literas quintatas citent. Sed Curia Mstra presente, uel in iudicio alte
generali existente, potent officiales ad mandatum Mstrum uel Nostri
Capitanei, seu Iudicis, suo literas citare, in hospitio aut in fora. Ex
tra Curiam Nostram, uel Iudicium Nostrum, si quis citari debuerit a
in domo militis sed apud Gladarios, siue Sumptus, debito citatorium
proponatur. Actore presente, uel eius nuncio, ei, contra quem Actio fue
rit diligenda, causa citandi per quem citatur exposita, et Assignato
sibi certo termino comparendi. Et si citatus comparere curauerit uel
contempserit, per quolibet termino, videlicet primo et secundo, octa

Octaui per pa

Scotos, pro pena Soluere teneatur: et in tertio termino si non comparuerit causam perdat, et ab actione cadat cum pena. Si uero Actor in primo termino, nec per se nec per alium suum nuntium paruerit, ab actione sua cadat cum pena Septem Marcarum. Calim Cibicii 1360 Fol 97.

Procurator potest citare Verbali Citatione.

Statuimus: Vt Procurator, siue possessionatus, siue non possessionatus, habens sufficiens procuratorium, possit in Iudicijs comparere, omnia agere, et exercere, quæ ipsius principalis causam uel causas attinent, seu tangunt, etiam partem citando Verbali alias Nadworowym citare: Iudicem mouere: ac alia omnia facere, quæ ad defensionem causæ pertinent.

§ Idem in Titulo. Procurator. Sigism. 1511. Fol 10.

Sed Citatio Curialis, solum Regem, in aliqua terra existentem, seu Curia termini (vt vocant) Curialis alias Nadworny Boni multis hominum difficultates adferre solet, propterea quod interdum hi, qui negotio publico apud nos obeunt, passim et temere, ab vtroque citari solent et in actionibus priuatis impediri. Statuimus: quod deinceps nobis in terris minoris Polonie existentibus, nemo nisi in eisdem terris domicilium habens, citari ad nos termino Curiali potest: præsumma: in Statuto descripto, et similiter nobis in terris Maioris Polonie agentibus non nisi ex eisdem terris Nobiles citari, ad Iudicium Curiæ debebunt. Sigism. Sen. 1519 Fol 4.

Cui vero inopinate, ac ex improuiso in Curia, ad Regis uel Iudicij audientiam citantur, debite causa per Iudicem seu per Actorem exponatur, et deinceps de solis Verbis sed in Scripto detur.

Præterea, cum in deliberando consistat mater Virtutis, ipsa discretio corrigit plenius, quod aliqui Nostri familiares, uel alij quomodolibet in Curia Nra Constituti, uel in Iudicio arrestati, inopinate ad Nostram uel Iudicij audientiam euocarij: & quæstiones de quibus minime cogitauerunt, eisdem mouendo. Ideo pari Vtili prouidere cupientes, et sic dicto modo citati cum bona deliberandi discretione super propositis respondeant, neue Actores suis quæstionibus, siue causis frustrentur, Statuimus: quod cum aliquis in Nostra Curia uel in Iudicio ueniens, uel ad Nostram Vel Nostri Iudicij præsentiam fuerit quomodolibet euocatus, Actor seu ipse Iudex, quæstionem siue causam, debite citato exponere, et in Scriptis tradere teneatur, Vt respondeat eidem quæstioni. Calim: Cibicii Fol 12.

Citatio Curialis

Citatio Curialis pro Hereditate.

Si quaestio fuerit hereditaria, vel pro magna pecunia summa, si licet pro quadraginta Marcarum, terminus videlicet trium Septimanarum per Judicem eidem assignet, alias si pro minori debito, vel pro injuria verbali, in crastinum terminus prorogetur. Calim. Mag. Statut. fol. 12.

Abrogatur haec lex de Citatione facti.

Item pro Granigebus aggr. pro hereditate nemo tenet citare aliud Citationem Verbali, alias Maldorum Bolicem. Et consuet. Cap. 8. fol. 122.

Deinceps tantum pro Summa Citationes Curiales sint.

Statuimus quod nemo citari ad nos termino Curiali poterit, nisi pro summa, in statuto descripta.

De citandis Verbaliter in Judicio, aliis de, factis.

Item dum aliquis tactus recedet a Jure, debet condemnari in perlucro pro quo tactus est. Sed si pro pena tactus fuerit, et recedet de satisfactione pro pena extunc aliam penam subeat, videlicet Marcas tres Judicio & parti, pro tatim debet condemnari in perlucro. Quaest. Crac. fol. 122.

De illis qui sunt in remotis partibus, qualiter citandi.

Dum aliquis pro hereditate citatur, et comparens in Judicio malitiose opponit. Quod Petrus vel Joannes in remotis partibus est constitutus cohaeres eiusdem hereditatis, cum tamen forsan idem Petrus vel Joannes nihil juris habeat ad eandem: ideo ille citatus dicit. Se venire respondere pro eadem hereditate: propterea quod Petrus vel Joannes cohaeredes sui, agerent in remotionibus. Quapropter statuimus, quod taliter Petrus vel Joannes, in Judicio nominatus de mandato Judicis in aliquo eminenti loco, vel circa parochiam de qua parochia est hereditas, pro qua eadem quaestio movetur, per dominicalem tribus diebus publice proclamando, ad prosecutionem seu defensionem causae ad certum locum et terminum debebit citari, quo si comparente, ipsius contumacia seu absentia obstante, ad decisionem seu definitionem causae licite per sententia definitivam procedatur. Calim. Vislic. fol. 14.

Forma Citationis Castren ad querelam talis est.

N. de N. Capitaneus P. tibi Nobili N. de N. innotescimus, Nobilem A. de B. contra te, coram nobis in querela deposuisse. Quomodo tu ipsum de patria possessione bonorum, hac vel illo juris titulo habitorum et possessionem expulisti et violenter eiecisti. Quare vigore Regiae et Nri Officii Capitaneatus Mandamus: quatenus coram nobis ad Castr

Ad Castrum Feria Secunda post festum N. in Castro N. ad instantiam et instigationem eiusdem N. compareas, querelis prefati N. et alia pro tunc tibi obiicienda & declaranda responsurus. Quod si non compareris, nos ad ea, quæ officii nostri pertinent procedemus. Bona omnia vero exinde secuta, nec non pro rebus, sibi per te nunc tempore illatis (si illata sunt) Specialem sibi contra te reservat Actionem in foro competenti. Datum in Castro N. Sigillo 1529. Fol 52.

Forma Citationis pro Capite.

Pro eo: quia tu occidisti patrem ipsius Nobilem N. de N. quendam Ministerialem terrestri N. de N. et Nobilibus oriundum, et super te, protestatus est, Quod caput patris sui prefati pensat sibi ad centum viginti Marcas et ad penam dare[n]ris aut prout Judicium decernet et queat te pro eodem conuincere, Judicialiter responsurus. Datum Castri Sigillo Petri: 1529. Fol 50.

Forma Citationis pro Emethone pro fugo.

Pro eo: quia tu de vis sibi extradere laborantem N. Emethonem ipsius de villa N. ad villam tuam N. profugum, quem apud te in villa tua prefata N. arestauit per Ministerialem Terrestrem N. de N. quem sibi pensat ad decem Marcas, et totidem damni, Judicialiter responsurus. Sigillo Petricouii 1529 Fol 51.

Ne quis Citetur contra suum Priuilegium

Statuimus: quod cum aliquis contra suum Priuilegium in qualicunq; causa citatur, et exhibet suum Priuilegium in Judicio amittit sexagenam, quam Judex ab exhibente prælatit. Et si Actor iurare tenuerit quia nesciebat reum quem citauerat, fuisse Priuilegiatum, soluet reo dictam sexagenam, sicuti promittit amissam. Sed idem actor si nolit iurare se scisse reum fuisse Priuilegiatum et prouisum tali Priuilegio prestito huiusmodi iramento, sexagenam illam debet soluere reo quem citauerat. Cassouiæ Magni 1560 Fol 24.

§ Vide in Titulo. Priuilegium.

Ob discordiam vero citationis amittitur causa.

Item cum aliquis fuerit Citatus, ad quecunq; fori, et pars velit videre, si concordant interciti, tunc Citationes componendæ sunt, et si sunt conformes eadem interciti, valet citatio. Nam si interciti sunt diuersi vnus alius sic concordant, tunc Actor amittet causam suam ex eo, quia præsumitur falsificatio commissa. Conuen: Cracou Fol 129.

Sed iam istæ pœnæ captiones sunt abrogatæ

De defectu Citationis.

Item ad abolendas

Item ad abolendam iniquam consuetudinem, in terra Sochaczouien et aliis terris Regni Nri, in quibus Citationes, ob immutam literam uel dictionem uel mutam seu mancam, in ea scriptam Propositionem, uel propter intercisam, cessari solent cum amissione causae statuimus: Ut eiusmodi Consuetudo, Ut pote perniciosa non teneatur: nec deinceps alicui Vllum afferat nocumentum. Propter indecentias uero et defectus Citationis, correctus Actor poena consueta, potest meliori Citatione causam releuare denuo & incipere. Sigism: Petricouiae 1511 Fol 20.

§. Si quis in citatione omiserit titulum, uel nomen Actoris aut rei: Vel si Citatio ipsa sigillo adulterino fuerit obsignata, talis Actor luendo soluendoque ibidem mox pro huiusmodi insufficientia suae Citationis sex scotos parti et totidem Iudicio in Instanti ibidem proponere poterit, ex eadem sua Citatione, insufficientia illa non obstante & citatus tenebitur sibi ad obiecta respondere. Sigism 1523 Fol 32.

Similis de defectu Citationis

Omnes autem alias poenas accessorias uidelicet propter defectum literae Vnius, aut totius dictionis, uel alterius cuiuscunque defectus in Citatione, siue ex quacunque alia Causa quam Citatus Actori obiiceret, Volens dilationibus et diffugiis laborare, etiam a coadiutoribus antea solui solitas, penitus anullamus, exceptis poenis, post decretum negotii principalis fieri solitis. Sigism Petr: 1523 Fol 32

Forma Citationis ex Officio

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae &c Dominus et haeres, tibi A. B. C. Nostro D. ex Officio tuo C. D. deque omnibus bonis tuis mobilibus et immobilibus, ubilibet in regno Nostro habitis et possessis, Iuribus, aliarum personarum in eisdem nihil nocendo Mandamus: Vt Cracouiae uel Vbi tunc cum Curia Nra feliciter constituti fuerimus, coram nobis Consiliariisque Nostris, nobis pro tunc lateri Nostro assessuris Feria tertia proxima ad Instantiam G. H. legitime ac personaliter Compareas. Citat te pro eo quia tu praesidens in loco Officii tui G. D. a nobis tibi Credito et Commisso, in Causa iudiciali inter eundem G. H. actorem ex Vna. et inter I. K. citatum ex altera partibus. occasione L. M. mota, latius in se canente, eundem G. H. Actorem Circa horam N. O. contra Iuris et Iudicionum formulam, non expectato scilicet tempore debito, quo iuxta statuti dispositionem Actores euadi debent, neque etiam praemissa solenni Vocatione sui per Ministerialem, loco etiam ac Forma Iuris incompetenti in euasionem ipsi. I.

one ipsi. I. k. condemnare, sed neq; arestare eidem ipsam condemnationem, motionemq; ab ea interponere, et in acta Scribere permisisti: in magnum grauamen, et preiudicium ipsius, prout de eo Actor tus I. D. uel alioqui protestatio ipsius I. F. coram Ministeriali Ferretri P. L. et Nobilibus multis fuit et in recenti coram Actis. P. L. latius uereq; recognita canunt et testificant. Quam iniuriam penitat sibi contra te ad I. D. Actoris peruniam, numeri & Monete Polonice & eorundem damni, prout hoc omnia tibi latius, in termino declarabunt. Iudicialiter sis responsurus. Datum x Feria. 4 proxima Anno Dni.

Cum Vero Magistratus Citatur

Similisq; Citatio ipsius Magistratus fieri solet ab eo: si è contra eo Iudex propter tempus, locum, ac solennitatem dicti, illud condemnari in loco permitteret, uel alioqui causam sua, ad Iudicium de iure communi pertinente, exceptione ipsius rei obstante, iudicaret: aliquid ue aliud in Officio Iudicis contra sanctis prescripta, et bonos mores, contra alterutram partem faceret, exceptiones uidelicet, allegationes, motiones, protestationes ue facere, aut Scribere, prohiberet, seu ue quam facta audire q; fuerant Scribere: et alia huiusmodi, abusus sui Officii autoritate, preter sanctis prescripta & equitate, designaret.

Farrago Citationum Regionum, ad Instantiam Instigatoris Regii, seu Fisci procuratorum.

Citat te: quia tu postposito boni, Ciuis & fidelis subditi officio hoc uel illud, in et contra personam Regiam dixisti: Vel quod absit machinatus es, per quod hanc uel illa penam statuti commeruisti, prout tibi in termino latius declarabitur. Vel pro hoc aut illo probili Ocisio pena Carceris Nobis et Reipb debitam, a Nobis statuti, Iudicia, Commissaria, Consuetudines uel Legatos Nostros violasti, bonis fisci, his uel his hoc uel illud damnum intulisti, et illicite pecunias a nobis tali Solita, exactiones contra iura de bonis Nostris, uel pensionem retinuisti, aut preter prohibitionem Nostram publicam hoc uel illud intulisti, mare Nostrum piratis Armatis, res ad Littus ejectas occupasti, flumina nauigabilia impedisti, Vias Nostras impedisti, coarctasti, interclusisti, inundasti, deteriorasti, auertisti, equitas uel boues extra Regnum preter publicum decretum egisti, Vectigalia, et Telonia nouo statuisti, ex commissis ad uos deuoluto te accepisti, monetam falsam Cudisti, uel intulisti, hac uel illa

pena

pena, ex delicto proprio et tuorum filiorum proueniente non soluisti, uel ob crimen peculatus, famosum libellum uel ob aliud talium incurristi, Patrem, uiduam, uel uxorem huius uel illius rapuisti et violasti, literas publicas fidei huic uel illi per nos datas, missas, conuentus bellicos renunciatos, retinuisti et accepisti, fidem sponsione obligasti, legitti, collecto exercitu, castrum huius uel illius, hostiliter, turbando pacem Regni publicam expugnasti, uel illum ad hostem Regni preterue decretum Comitione, extra Regnum eduxisti, stationes profugisti, consilia tibi credita, tormenta, arma pixidum pulueres, exercitus, castra, aut oppida nostra, hostibus prodidisti, in publica expeditione, uel accepto stipendio non meruisti, et id genus alia.

Citatio ad Emethonem, siue quouis alio subdito pro Sigismundus Dei gratia Rex Boemie &c. Tibi Nobili A. heredi de B. aliisque omnibus bonis tuis, mobilibus, et immobilibus per te quocunque iure possessis, suisque aliam personam in eisdem nihil petendo citamus. Vt in terminis C. in D. proxime celebrandis, ad instantiam Laboni E. de P. Emethonis et subditi Nobilis P. de eadem P. heredis, qui te citat pro eo, quia tu recepisti sibi violenter bouem, valore habentem trium Marcarum denarium, et ipsi in totidem damni ficati, Judicialiter respondere et dominus ipsius prefati C. stat pro pena sua trium Marcarum iusta prefati A. subditi sui. Dat in loco P. &c. Sigismundi 1423 Fol 52.

Ad Emethonem, siue quouis alio subdito pro non administrata Iustitia

pro eo: quia tu nuncis sibi iustitiam ministrare, cum laborioso A. Emethone & subdito tuo, de villa tua B. qui sibi exhibet robora diuersi generis in Lacu ipsius, in hereditate villa C. quam non administrando iustitiam pensat sibi, ad decem Marcas denarii & totidem damni. Ibidem.

Citatio omnium pupillorum adultis, contra Tutorem

Citat te, seu citant: quia tu existens Iure naturali, seu inscriptionis patris N., aut datiuo, tutor, non fecisti sibi hactenus rem de bonis mobilibus et immobilibus, et stibis uidelicet auro, argento, pecudibus, supellectili domestica, equis, bobus, vaccis, ouibus, capris, prediis &c. postolim A. B. patrem ipsius legitimum, in tua tutela & administrando assumptis

quarum etiam

quarum etiam rerum omnium, publicum & authenticum Inventarium non fecisti, in damnum ipsius Actoris, seu quondam pupilli tui. Quae omnia pensat sibi contra te ad C. Marcar: pecuniae & totidem damni, vel prout Jus decernet, quae tibi latius omnia in termino declarabunt. Judicialiter responsurus.

Similis etiam Citatio fit a pupillo, contra eundem Tutorem pro non reddita ratione, de censibus cuiuslibet Anni, et Jumentis indomitis.

Citatio pro diuisione bonorum Communium

Pro eo: quia tu non uis diuidere cum ipso, bona haereditaria A. B. quorum medietas ipsum C. concernit, et ipse tecum vult, quod sibi pensat ad 100 Marcas pecuniae & totidem damni. Judicialiter responsurus. Sigis. Fol. 50.

Citatio pro bonis, propinquitate deuolutis.

Citat te pro eo: quia tu possedisti & tenes propinquitatem ipsius uidelicet uillam A. et eius hereditatem, ad quam ipse est propinquior quam tu: post nobilem olim B. patruum suum germanum, quae bona praefata & stimat sibi ad 200 Marcas pecuniae, et in totidem ipsum damnificasti, Judicialiter responsurus.

Pro redimendis uero bonis, a propinquo venditis.

Citat te pro eo: quia tu tenes et possides bona A. B. a Nobili C. D. fratre uel patruo, alioue propinquo ipsius, tibi uendita, ad quae tenenda ille est Jure naturali propinquior, quam tu. Ideo ut stares Inscriptiones tuas coram Judicio ostenderes, pecuniam ab eo reciperes, et de bonis eisdem ipsi conscenderes, Judicialiter sis responsurus. Datum.

Citatio pro redimendis bonis obligatis.

Citat te ad recipiendum pecunias, quas te, in bonis ipsius haereditariis uidelicet Villa N. praetendis habere Inscriptas. Et ideo ut stares et Inscriptiones tuas coram Judicio ostenderes et pecunias reciperes, sibique tanquam haeredi, de bonis ipsius praefatis Judicialiter conscenderes. Dattum.

Citatio supra scripta potest fieri etiam ad Actorum positionem non expectata celebratione terminorum. et hoc fiet in arbitrio Actoris. In Majoritatem en Polonia tenutarius, etiam coram Judicio uel Officio Castrensi conuenitur. Sigismundi Petricouiae 1523 Fol. 51.

Citatio pro debito Verbali.

Pro eo: quia tu non uis sibi soluere C. Marcam pecuniae, monetae & numeri Polonicalis

ri Polonialis certi debiti, quas sibi debuisti soluere ad tempus iam pre
teritum, eas soluisti: et in totidem eo damnificasti. Iudicialiter re
sponsurus.

Citatio pro debito Inscripto seu Vadio.

Pro eo: quia tu & uis sibi soluere C. Marr peuuniand certi debiti.
pus iuxta obligationem B. C. debuisti, sibi soluere, ad tempus iam
preteritu, & eo soluisti prout de hoc Inscriptio in Actis B. C. latius
canit, et in totidem ipsum damnificasti. Iudicialiter respondurus.

Citatio pro debito Si uadio obligationi sit appositum

Pro te citat pro eo: quia tu & attenta tua Inscriptione, A. B. quo te
[illegible] C. D. Inscripsisti et obligasti cum tuis posteris Solutum uel ad
festa P. Z. repositum G. H. Marcas peuuniand ad tempus in e proxime
preteritum, idq; Subuadio totidem Summas soluere debuisti et eas Solui
sti neq; reposuisti, prout de eo, tam tua Inscriptio quã protestatio i=
psius C. D. eo nomine, in Actis prefatis facta latius in se testificun
tur. propter quod uadio predictum Coll. in Inscriptione contentum
eidem succubuisti ad soluendum, pro quo te citat, et prout tibi lati
us in termino hec omnia declarabuntur. Iudicialiter si respon su
rus.

Citatio, pro cautione fide Iussoria.

Pro eo: quia tu sibi fideiussisti, pro Nobili N. de N. soluere Viginti
Marcas peuuniand, ad tempus iam preteritu. quas Viginti Marcas
nec ipse N. principalis, nec tu, tanquam pro eo fideiussor Solusisti,
pro quibus te citat, et in totidem illud damnificasti. Iudicialiter re
sponsurus. Vigilia Petri: 1529. Fol 51.

Citatio, pro receptione furti.

Pro eo: quia tu recepisti sibi Violenter decem Cassulas furti in porta
ipsius hereditatis Vill. & A. laboris ipsius, quod furtum pensat sibi ad
Viginti Marc. & totidem damni. Iudicialiter respondurus.

Citatio, pro conculcatione & depastione frumentorum

Pro eo: quia tu immisisti de industria et violenter, familiam tuam
cum equis et peconibus, in et super hereditate ipsius A. et conculca
sti sibi frumenta diuersi generis laboris ipsius, quæ sibi pensant &c.
Marcas peuuniarum & totidem damni. Iudicialiter respondurus.

Citatio, pro exclusione Syluæ, aut alterius.

Pro eo: quia tu violenter excludisti sibi robora, in Gaio siue Syluæ ipsi
us in hereditate A. Valoris 10. Marcarum et in totidem ipsum damni

ficasti

ficasti. Judicialiter responsurus. Sigism. Fol. 50.

Citatio pro arboribus fructiferis

Pro eo: quia tu sibi excidisti violenter 10 arbores fructiferas videlicet B & C. in hæreditate ipsius villæ D valoris 5 Marcarum aut prout Judicium decernet, et in totidem ipsum damnificasti Judicialiter responsurus. Ibidem.

Adcitatio ad Citationem translapsam

Qui te concitat alias pro pozycia ad paratam Citationem translapsam, quæ sibi est translapsa in terminis Terrestribus in P. iam præteritis, qua te Citauerat pro eo &c. Et eo inseratur citatio & concludatur. Judicialiter responsurus.

Adcitatio ad paratam Citationem patris, fratris, vel cuiuscunque antecessoris mortui, cuius Citationi terminus nondum venerat.

Qui te concitat alias pro pozycia ad paratam Citationem Nobilis olim A patris prædicti Nobilis B. legitimi: qua te præfatus olim A pater ipsius citauerat: videlicet pro eo: Et inseratur citatio patris et taliter concludatur. Et præfata Actio concernit prædictum B. tanquam filium legitimum prædicti A. ideo ad præmissa prædicto B. tanquam Successori. Judicialiter responsurus. Ibidem Fol. 52.

Qui duabus Citationibus Citatur.

Quandocunque aliquis citauerit alium pro aliqua re, aut bonis aliquibus aut debito, et alia pars eundem similiter citauerit pro eadem re citatus non tenetur nec debet cogi ad respondendum utrique citationi et partibus diuersis, donec partes Actoreæ de Jure suo prius inter se experiantur, quæ illarum sit propinquior et maius interesse habeat ad huiusmodi debitum, aut bona et res alias, pro quibus dictæ Citationes vertuntur. Et interea Citatus pacem habere debet a prædictis citationibus aut utraque pars actorea ad unam citationem se inscribat et unum Actorem se contra prædictum citatum faciat, nec alio modo Citatus, ad responsionem dictis partibus & Citationibus eam debet Compelli. Consuetudo.

Qui errat in persona possessoris, et alium pro hærede Citat.

Quicunque in tempore a Jure concesso ponit Citationem in aliquibus bonis contra possessorem, pro aliquo debito aut onere in illis bonis in

Scripto.

Scripto, et reuocando aliqua bona prædicta propinquitate, credens illu
possessorem esse, & hæredem prædictorum bonorum, si per hæredem uerum
aut per citatum talis Citatio impugnaretur, eo quod Actor errauit, in pro
prio Nne ueri hæredis, n nocet Iuri suo error huiusmodi, etiam si talis
Citatio fuerit secunda quin luendo pœnam solitam propter Citatio
nis importationem illicitam, poterit causam inceptam Citatione a
lia meliori, contra uerum hæredem illorum bonorum prosequi & continu
are, iuxta Iuris formam. Consuetudo.

Citatio super Citationem n ponatur, et quando potest poni.
Item si quis importauerit Citationem super Citationem pro una re: tunc
luens pœnam trium Marcarum Judicio, & totidem parti Citationem
unam destruat, seu Vna Citatio eiusdem sit nulla. Consuet: Terræ
Cracouiæ Fol 122.
Si uero aliquis existens cum alio in Citatione pro aliqua causa aut vio
lentia & n terminata ea iudicialiter, facit parti aliam nouam violen
tiam aut iniectionem in eadem bona, pro quibus prima Citatio pen
deret indecisa, extunc potest talis citari alia Noua Citatione, pro
secunda violentia et iniectione, faciendo mentionem in ista Citatio
ne secunda de prima, hoc uidelicet modo, stando mecum in Citatione
priori pro eisdem bonis, siue pro eadem violentia & n finito Iure,
pro eadem Citatione priori. Et hoc facere potest licite, quotiens in
eisdem bonis violentiam nouam fecerit. Citationibus prioribus
non determinatis, neque Iure finito pro eisdem: absque iactura cau
sæ & Citationum priorum. Consuetudo.

Formula Citationis Secundæ.

Citat te secundo, prout te condemnauit in termino primo in terminis
Terrestribus in 1° iam præteritis in pœna contumaciæ iuxta suam
primam Citationem, qua te Citauit pro eo &c. Et inseratur Citatio
originalis & concludatur. Judicialiter responsurus. Datt.

De his qui pro hæreditate aut debitis Citantur.

Licet in pluribus Casibus celeritas commendetur tamen eadem cele
ritas in judiciis & causis expediendis rationabiliter quandoque n est ob
seruanda, sed potius amplianda & dilatanda, ex eo quod judicantem
cuncta oportet rimari. ideoque statuimus: Quod si aliquis super Capita
li hæreditaria quæstione, primo, secundo, & tertio citatus n comparu
erit, a Judicioque se contumaciter in termino sibi assignato absentaue
rit, tunc ob contumaciam eiusdem Citati, Actor in termino tertio & pe
remptorio

rem ptorio, per Judicem admittatur. Sententia definitiua mediante, in ueram eiusdem hereditatis possessionem & ab omni jure eiusdem hereditatis & ipius qualibet conditione per judicis sententiã rem decernat & pronuncies celebre. Si autem quilibet existens personalis pro pecunia debita aut quibuscunq; rebus obligatis et primo secundo & tertio termino citatus, contempserit uel in termino parere neglexerit sibi assignato. Decernimus: Quod tunc creditor quandlibet rerum obligatarum sibi pro certum terminum per sententiam judicis prefixum, distrahendi & alienandi, auctoritate judicis, potestatem habeat facultatem ita tamen, quod si auctoritate premissa res obligatas distractas & alienatas minoris ualoris inueniantur et existant tempore alienationis, quam fuerit pecunia obligata seu credita et ipse creditor pro summa pecunie per ipsum simpliciter & sine aliqua cautione credito uadium receperit. Satisfiat creditori uadium. quicquid alteri, quam sibi ipsi quod simpliciter uadium receperit imputabit. Sed si conditione creditor apposuerit circa res obligatas, maioris uel minoris quantitatis, si pro minori pecunia res obligatas alienauerit debitor, per judicem decernatur credite pecunie summam adimplere. Si uero pro maiori summa res alienauerit obligatas, residuum quicquid fuerit, ultra summam creditam, debitori creditor restituere teneatur. Calixtus Ulg. Decretal. Lib. 2.

Qui errat in Citatione, in Data, Titulo, Nomine.

Item pro Data, Titulo, pro propio nomine, quem debet causam admittere. Et si aliquid defectus esset in Citatione aut in Continatione succumbere penam triumi Marcam solvet, & denuo debet citare. Et si in Verbo litem decidet, aut si litem Advocatus male scriberet ita quod amitteret aliqua parte. Consuetudo Tenedon.

§. Qui mos utendi alio fuit. Vide in Titulo Allodialibus
§ Qui Citationes ad faciendos limites & collaterales. Vide Tit. Juramenta
§ De Citato qui reus vocatur, seu duellatus. Vide Tit. Duell.
§ De Citationibus Calumniatorii. Vide in Titulo. Calumnia.
§ Citato ut teneat respondere nisi Allodialibus. Vide Tit. Allodialis
§ De Dominabus aut Virginibus, quæ citant aut citantur. Vide Tit. Procurator.
§ De illo qui pro hereditate aut debito citatus. Vide in Tit. Debitor.

Civis

Ciuis

Ciuium ad militarem ordinem inauctoratio quomodo facta esse debet.

Ciues qui terrestria bona habent cum pro illis Stabunt ab aliquo conseruabimus nos iusto Iure. Quod alij, etiam nobilitate Sedefendere non possunt, qui literas super nobilitatem Sui obtinentes, Subiipiunt in Senegotia, quae ad statu militarem non pertinent. quae quidem sint statuto descripta, quorum nullus Setalibus literis in Iudicio defendere poterit. Sigism Aug Petricou 1550.

Ciues bona Iuris terrestris Vendant, nec ea alquirant.

Item statuimus, quod ciuibus & plebeiis undecunq existentibus oppida, villas, praedia & bona alia, Iuri terrestri Subposita, emere, tenere, possidere perpetuo uel obligatorie modo liceat minime. ex eo quod in profectionibus bellicis, et aliis ordinatis, Iura inter nobiles competentia habereant, quod illi bonis talibus habitis ac ualiones querere consueuerunt, Sed a bellicis expeditionibus liberandi. Stin super cum ipsi domos, et bona sire Iuili Sita nobilibus non admittant reliquat, eadem Iuris Iurisdictione et illis, bonorum in Iure terrestri Stantium, exemptio uideat non ab re esse prohibenda. Quocirca Iudices Terrestres & castrenses Inscriptiones eiusmodi in fauore et personas ciuium fiendas non admittant, admittere nec presumant. et si Seus fecerint, extunc quicquid inscriptum fuerit contra constitutionem eiusmodi id irritum, nullum, et inane decernatur esse, statuto Nostri mediante. Et quod illi, qui iam in effectu bona Terrestria Vsurparunt illa hinc ad decursum temporis, quo commode istud facere possint, uendere teneant, sub penis quas ex illis Seus facientibus iusta arbitrium Nostrum & Palatini terrae, in quo illa consistunt, exactari si Iamus irremissibiliter. Ioan Alber. Petric: 1496 Fol 105.

Ciues bona Terrestria possidentes militent.

Cum mercatores, negociatores, et ciuitatenses locupletes & fortunaciores & communiter, ad opes per industriam assequendas, quibus auctis bonis ciuilibus, bona etiam terrestria accumulantes, consueuerunt a bello absolutos obtinere. Et quemadmodum per industriam bona assequuntur, sic etiam libertate maiore in eis quam Nobilitas potiretur. quod etsi priuata Iudrei domestica cura faciant commendabiliter tamen quia istud in Reipb abusum et dispendium parens esset quandoquidem Nobilitate, Sanguinis perfectione Reipb et terrestrem tran-

quillitatem

guillitatem tutante, fortunas Ciues fortunas terrestres occuparent et Nobilium bitum surparent, et nihilominus ab oneribus publicis per industriam (et fit) se eximerent. Non indigne ergo, cum Bolatis, Consilianis, Gannibus et terrano Nuncijs cenhuimus, quod Ciues habentes bona hereditaria, terrestria ad expedicionem bellicam obligata non sint exempti et liberi ab eadem bellica expedicione quotiens fuerit instituta. literisq; Maiestatis Regie absoluto nisi ab huius modi expedicione date vel dande locum non habeant, aliàs prout in Priuilegio Alberti Regis Patris Mi, Libro Septimo latius esse constitutum. et Alexander in eadem 1505.

Modus eximendi Ciuis de bonis terrestribus.

Antiquis constitucionibus predecessorum nostrorum inuitentes et subditorum nostrorum petitionibus permoti decernimus, vt Ciues et Plebeij secundum statutorum prohibitionem bona hereditaria terrestria deinceps non emant, et inscriptiones quæ in Iudicijs terrestribus illis super hac facte fuerint, sint ipso facto nulle. Iudex vero inscriptio nem admittens, penam centum Marcarum incurrat, ab eo ex officio exigendam. Bona autem quæ hactenus Ciues ipsi possiderint et possident tenebuntur infra tempus quatuor annorum illa, cuicunq; voluerint Nobili, et indigenti Regni vendere, subamissione eorundem bonorum, quæmodo premisse persone vendi, et pecunia defensione Regni conuerti debebunt, ita tamen, quod ea bona, ad hunc modum vendita poterint proximiores eorum Nobilium, qui ea vendiderant, et alienauerant pro eadem summa, pro qua vendita erant, infra annum tempore venditionis facte redimere. Hoc tamen extendi non debet, ad Ciuitates et Communitates earundem, quæ bona hereditaria terrestria, vigore Priuilegiorum Antiquorum in Communi obtinent, seu de Priuilegiis quæ ante statuta Dominis Alberti Regis concessa sunt. Sigism. Petric. 1538. R. 1.

§ Similis de Ciuibus et Plebeijs bona terrestria possessionis executionem facere volumus, in primis statuti, anno abhinc quarto facti, etiam si nulla persona eo nomine ad nos citauerit literis Nostris. Sigism. Iagelloni 1542.

§ Ciues non exequentes statuta Palatini in vendicione rerum venalium. Vide in Titulo. Palatinus.

Ciuis in Ciuitate residens Pondus non soluat

De Ciuitatibus

De Ciuitatibus autem Antiquis & Nouis, tempore regiminis Nri locatis sic statuimus. Quod ille Ciuis, seu oppidanus, qui Ciuitatem cum Vxore, filiis & familia inhabitat, et agrum solus, uel per suum hortulanum aut Agricolam colit non tenetur ad prædictam Poradlne pensionem. Sed si ante Ciuitatem, uel oppidum residet soluat præfatam Poradlne pensionem ac si in Villa resideret, non obstante quod ad Ius & Iurisdictionem eiusdem oppidi seu Ciuitatis pertineret, uel cum eis onera sufferre perhibeatur. Vladisl Jagello Jedlnæ Fol 51.

§ Ciuis Nobilem debiti quomodo conuincet. Vide Titt Mutuum

§ Nobiles in Ciuitatibus domos habere possunt, modo onera Ciuilia ne ritent. Vide Titt. Nobilis.

Coadiutor.

Pœna a coadiutoribus olim soluebantur.

Item si aliquem citabunt cum coadjutoribus: & ipse citatus non intercedit, alias non recusabit coadiutores: videlicet non dicet Coadiutores non intercedo mihi similes & indissimiles, et alia pars interponet alias Zalozy gij ex eo, quia ipsos adiutores non recusauit, luet pœnam a quolibet coadjutore sibi simili, tres Marcas, & a dissimili sex Scotos, idque tam in Iure Terrestri quam Castrensi. Consuet. Terræ Crac.

Columbatio

Insuper volumus: quod columbatio illibere, per Rectores Ecclesiarum a suis Parochianis non exigatur de cætero, sed quodquisque sponte petenti dare voluerit, cum gratiarum Actionibus tolli debet. Bodzanta Episcopus Crac. Fol 56.

Colloquia

Iudicia & Colloquia, sic sunt disposita.

Visum est nobis et Consiliarijs Nris satis esse, ut tantum ter in Anno Terrestres termini celebrarentur, idque si non aliqua causa legitima impediat quarta pars vero anni, uel ad Iudicanda Colloquia conuertatur & hoc propterea, ut Colloquia in terra Sandomirien quolibet Anno semel fierent, idque in tribus locis, iuxta veterem consuetudinem incipiendo Feria Secunda in Autumno post Festum S. Francisci primo Sandomiriæ postea Radomij, ultimo Vislicia, similiterque in Cracouiensi, Lubinensi & aliis Palatinatibus ac Terris, ipsi termini Terrestres &

Colloquia

Colloquia eodem modo celebrari debent, hac etiam tertia Termini Terrestres quarto autem Colloquia celebrari debent hoc est incipiendo terminos Terrestres Leopoliensis Feria secunda post festum Sanctorum Trium Regum sive Feria quarta, proxima vero in aliis districtibus ordine iuxta veterem consuetudinem. Alii vero Termini Terrestres Feria quarta post festum S. Adalberti. Porro tertii Terrestres termini post festum S. Margaretæ, atq; ad eundem modum in aliis itidem districtibus. Item vero Colloquia Leopoliensia Feria tertia post festum Exaltationis S. Crucis immediate, proxima simili ordine in aliis districtibus ut Premisliæ & Halicii. Porro in districtu Chelmensi Termini Terrestres iuxta consuetudinem celebrari debent. Colloquia autem, post Colloquia Halicienſia ut scilicet Palatinus adsit. Illa peragit. In Lublinensi autem terra in tribus locis consueti, in quarto vero loco in Busko Termini sive judicia Terrestria peragi debent. Ipsa vero Colloquia tantum Bełz post festum Exaltationis S. Crucis peragant. Ipsi autem Colloquii literæ, quibus Comitia edicemus, impedimento esse non debent. Sigismundus 1543.

Judices absentes in Sequentibus terminis sint.

Quod si Judices, Subjudices, et Notarij Terrestres propter veram infirmitatem, a terminis terrestribus abfuerint, propterq; illorum absentiam Termini, quo minus procederent impedirentur, tum in futuris proximis Terminis, antequam in suis locis considebunt, tenebuntur præstare Juramentum corporale, quod vera & non ficta infirmitate, ab his Terminis abfuerint. Similiter etiam Palatini, Castellani, Dignitarij & alij Officiales Regni, quicunq; in Colloquiis interesse tenentur. Si aliquando propter infirmitatem in Colloquiis non adfuerint priusquam in locis suis considerent, Juramentum præstabunt, Quod in proximo præcedenti Colloquii propter veram infirmitatem adesse non potuerint nisi forte servitijs Regijs vel legationibus occupati fuerint propterq; ipsis Judicijs interesse non potuissent. Alij enim illorum absentiam excusarent, tamen in absentia illorum. Castellanus illius terræ primus loco Palatini occupare teneatur, similiter in loco Castellani aliquis Nobilis idoneus, qui quidem Colloquia celebrare debent, ne malitia hominum proroget. Sigismundus 1543.

Colloquia

Colloquia necessaria sunt.

Item, quia multæ negligentiæ, multaq; errata et damna fiunt inter subditos nostros per omissam generalium judiciorum quæ Colloquia vulgo nuncupantur observationem statuimus: ut Palatini in illa judicent præmissa in binis terminis præcedentibus proclamatione, ita ut in tertiis terminis deinceps judicentur. Sigismund Petric: 1511 Fol 18.

Quid in Colloquiis fiat, ac judicetur.

Coram Baronibus etiam in Judiciis Colloquiorum generalium Resignationes bonorum magnorum peraguntur. Jagello Crac: 1420 Fol 45.

§ Obligator bonorum etiam in Colloquio generali faciat fieri publice semel adminus in Anno unam protestationem, si sua bona pro hac vel illa summa, huic vel illi dedit in obligationem, seu pignorationem, idq; præscriptionis interrumpendæ causa. Cas Magn Cislicia 1368 Fol 18.

Qui a Judiciis ad Colloquia appellat, & pœna Appellantis.

Qui ad Colloquia a Judiciis appellat, volumus ut teneatur ibidem pro re principali jure experiri. quod quidem etiam volumus de Appellationibus ad Conventum intelligi. Et ne Nobilitas per Judicia graveretur volumus ne amplius Judex pœnam Bock accipiat, nisi unam ab una causa, nihilominus tenebitur Judex sententiam suam personaliter expurgare in Colloquiis. Sigismund Augustus Petricoviæ 1550.

Qui Dignitarii Colloquiis præsint, & libros servent.

Et quia Barones terrarum nostrarum in Judiciis Colloquiorum generalium personam nostram representant, coram quibus Causæ hæreditariæ & aliæ maiores agitantur & tractantur, & sententiæ per eosdem latæ robur accipiunt firmitatis, ac si in presentia nostra agerentur coram quibus etiam resignationes bonorum magnorum peraguntur et aliæ causæ per eosdem definitæ in speciali libro conscribuntur, unde cum maiori alicuius pondere debeant diligentius et cautius observari. Volumus quod liber prænotatus seu Acta Colloquii generalis sub clausura trium clavium a modo conservent, quarum unam Judex, aliam subiudex, tertiam vero Notarius Terrestris habeat et conservet. Nec liceat uni sine aliis, clausuram prædictam aperire. Vlad: Jagello Crac: & Vartæ 1423 Fol 44.

§ Idem vide in Titulo. Actorum Libri. Folio: 10.

Absentia unius aut duorum Dignitariorum Colloquia non impediet.

Itaq; Collo=

Stagnue Colloquia assignata quilibet celebrabunt & nisi infirmitas, aut absentia quius aut duorum Dignitariorum ad eadem Colloquia de spectantium, celebrandum Colloquii ut debebunt impedire, defecta vero aliquo ex iis imminente, habebunt plenè facultatem & potestatem, alij Dignitarij Colloquio presidentes, in loco absentis & deficientis alios tertiae, quos idoneos, legales & possessionatos, cum plena potestate sufragandi, qui habebunt plenam potestatem judicandi tam diu, quousq; de defectibus et de absentia Dignitariorum provisum fuerit. Casimirus III in Cracovia 1451 Fol 88.

Colloquia non negligantur.

Assiduus Colloquiorum siue Terminorum generalium celebratio, pacis communis conservatio & cuiuslibet dissidii infectiui exclusio est ad cuius Palatini, Castellani, Capitanei, Judices, ceteriq; Dignitarii & Officiales Regni hi tenentur tanto diligentius intendere practicam, quanto ad id sunt exonere Dignitatum & Officiorum suorum strictius obligati. Quocirca presenti edicto & auctoritate Regia, omnibus Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Judicibus, Subiudicibus districte precipimus et mandamus, vt Colloquia et terminos iuxta vires suas et tempora, in omnibus terris et districtibus Regni Nostri Poloniæ, siue aliqua interruptione celebrent: & illis personaliter (nisi forte aliquem grauis langor corporalis aut in rebus publicis Regni arduæ legatio excusauerit) interfint: nec aliquem nisi in duobus casibus predictis, de absentia solummodo excusamus. Casimiri Jagellonis Petric: 1471 Fol 90.

Absens propter legitimam causam, in locum Suum alium surrogat.

In quibus nihilominus casibus precipimus omnibus dignitudine, priuatis aut legatione Regni oneratis, vt loca sua possint tenere & debeant peridoneam personam aliam supplere, & illi vices suas per literas committere. Colloquium integrum esse censemus, perinde ac si principalis interesset. Si quis autem Colloquio & Terminis generalibus interesse, aut in loco sui surrogare personam idoneam neglexerit conuenire eo per ille vel illos, quibus propter absentiam suam Administratio Justitiæ data et coram Nobis iubemus. Ad hæc sententia & Decreti, ad soluendum omnia damna, quæ actores ex defectu Colloquii aut Terminorum generalium contraxerint, condemnes. Idem Rex

Officiales

Officiales Colloquiis personaliter intersint

Item statuimus: quod Iudicia peremptoria, seu Termini generales fiant tribus vicibus in Anno, in terris singulis, omnesq; Officiales qui Iudiciis praesidere consueverunt personaliter eis interesse tenebunt et sint astricti exceptis Palatino & Capitaneo, qui dum conventionibus aut negotiis Regiis fuerint impediti poterint vice sua surrogare terrigenas, possessionatos, & prudentes seu Iurisperitos. Caeteri vero praesidentes in Iudiciis, ut Iudex, Subiudex, Vexillifer, semper personaliter interesse debebunt, praeterquam si eorum aliquis infirmus esset, aut Legatione Regia, seu Regni fungens alicubi mitteret. Nam tunc pro vno semel poterit alium in Iudicio ponere vice sua alias semper extra Casus istos, interesse personaliter sunt astricti. Casim. in Nieszowa 1454 Fol. 98.

In terminis generalibus, Barones Regni, videlicet Palatinus, Castellanus et caeteri Dignitarij ac Officiales terrae illius, interesse tenebunt sub poenis in Statuto contentis. Sigism. Petric. 1543

Dignitarij & Officiales, nisi in Colloquiis intersint, (excepta Reip. & Regis causa) ab Nuntiis Terrestribus in Comitiis deferant. Sigism. Cracoviae 1543.

Quoties & quando Colloquia fiunt.

Statuimus: quod Termini generales fiant tribus vicibus in anno quolibet, idq; in terris singulis Casim. in Nieszowa 1454

Statuimus: Ut Palatini generalia Iudicia, quae Colloquia vulgo appellant, dicent praemissa in binis Terminis praecedentibus proclamatione, ita ut in Tertiis Terminis deinceps iudicentur. Sigi. Petr. 1511.

Ipsi vero Termini generales, temporae Quadragesimae, annis singulis, totiens quotiens, in locis ad id deputatis celebrent.

Absentes in Iudiciis, iurent se propter Infirmitatem abfuisse.

Palatini, Castellani, Dignitarij, & alii Officiales Terrestres qui colloquiis interesse tenent, si forte in aliquibus Colloquiis praesentes non fuerint, in aliis proxime sequentibus Colloquiis priusquam in loco suo residebunt, iurare debent, quia in praeteritis Colloquiis propter hanc vel illam infirmitatem non fuerint, nihilominus absentibus illis in loco Palatini, primus illius Palatinus Castellanus: in Castellani ve

stellani vero loco, idoneus aliquis homo statuto describatur, per alios huius Iudicij collegas collocend. Quocirca absentia nonnullorum non obstante, per alios Dignitarios & Officiales seruetur Colloquia celebrent. ne iustitia hominum negligatur. Attamen prior reiurandi conditionis intelligi debent, preter eos qui Deiq; quorum seruitio vel legatione occupatus fuerit, propter Colloquii interesse negueat, & absentia illius excu. ctur. Sigismund.

Colloquia singulis Annis celebrentur.

Quia Colloquia generalia videmus esse necessaria Volumus & quo libet anno celebrent in locis solitis, nec Palatini ad alia tempora transferant. Quod si ea non celebrarent, penis statuto descriptis per cellantur, & qui a Iudiciis ad Colloquia appellat, tenebit pro re principali ibidem experiri. et idem intelligendum est de appellationibus ad Comitia generalia. Nolentes Nobilitas per Iudicia grauer Volumus: Vt Iudex Loci amplius non accipiat, nisi duo ab una causa. Sigism. Aug. 1550.

De Terminis Colloquiorum & transpositionibus.

Peruersa consuetudo, in terminorum transpositione, Colloquiis generalibus a Nostris subditis hactenus obseruata extitit, unde diuersa Iuramenta & periuria oriebantur. ac infirmitates fictitiae allegabantur. Vnde talibus obuiare volentes, et iniquitati viam precludere, de communi Consensu Prelatorum & Baronum ac Nobilium Nostrorum talem ordinem in predicto transpositione terminorum Volumus a Nostris subditis fore obseruandum & predictis periuriis obuiet illicitae dilationes amputentur. Decernimus igitur quod termini Colloquii generalis taliter in Iudiciis seruandi Nostrum in posterum transponi et obseruari debeant, videlicet quod primus terminus per simplicem infirmitatem, siue Confessionem & allegationem Capellani transponant. Secundum terminum prorogent. Quod si infirmitate in tertio termino si ipse munerit iuramentum corporaliter prestare teneat. Quod tunc non infirmitate fuerat detentus, tamen in eadem infirmitate eius taliter perdurat, tunc tertio poterit iterum facere prorogare eundem terminum, quia scilicet prout iacebat in ipsa infirmitate huc usq; non conualuit Quibi dominus in Colloquio quarto generali parere habeat. aut Procuratorem certum transmittere non proponat, alioquin causam admittat.

mittat. Sed Actor terminum Colloquii generalis aliter transpone re nequeat, nisi primum per veram infirmitatem. Vladi Jagello Crac: & Vartæ 1423 Fol 42.
Item volumus: quod reclamatio terminorum non debet esse deinceps nec sit necessaria, sed termini et Colloquia partibus assignatis iudicabuntur. quia termini & Colloquia erunt peremptoria pro partibus Constitutis celebranda. Casimirus Stius in Korczyn 1451 Fol 87.
Statuimus: quod Judicia peremptoria, seu Termini generales fiant in Anno, in terris singulis. Casim: in Nieslowa 1454 Fol 93.
Quocirca repositio seu suspensio Colloquiorum fieri non debet, ita quod Citationes & Causæ hominum, nullo modo neque generaliter per ipsos Judices, aut alia Colloquia suspendant. Quicunque autem Judices Colloquiorum, tales suspensiones causarum sua sponte fecerint, iuxta Statutum debent puniri, vel alioqui pars non consentiens ad Comitia appellet, excepto, si tales Repositiones, ex consensu partium factæ fuerint. Sigismund Crac: 1543.

Judex quando non est redarguendus.

Insuper statuimus, quod in Nostra præsentia, vel coram Nostro Capitaneo, vel quando generales Termini tenentur, Palatinis vel Baronibus præsentibus Judex Judicans non possit de malo Judicio redargui, cum non ipse solus, sed cæteri & plures iudicant supradicta. Casim Magn Visliciæ 1368 Fol 32.

Ex Colloquiis ad Regiam Maiestatem appellatio fiat.

Nihilominus poterit quilibet appellare, de Terminis prædictis generalibus ad Regiam Mttem, tanquam Jurium omnium Regni Dominum Superiorem, pro Justitia consequenda. Sigismund Aug Petrico: 1550

Quocirca ex Colloquiis, appellatio ad Comitia Regni fieri debet.

De Terminis seu Judiciis generalibus, quæ vulgo Colloquia nuncupantur celebrandis. Statuta omnia desuper edita in robore conseruamus, ac illa singulis terris, iuxta eorum Statutorum ordinationem & veterum consuetudinem celebrari mandamus, semel adminus annis singulis. Quia vero propter nostrum in Magnum Ducatum Lithuaniæ egressum, negotiaque Ducatus illius, quæ forte nos in illo diutius quam vellemus destinebunt Appellationes seu Motiones a Judicijs Terrestribus et Castrensibus seu etiam Officio Castrensi ad nos factæ remanerent longo tempore indecisæ per hocque multorum subditorum Nrorum Justitia negligeretur: Statuimus ut interim, donec nos ex Magno Ducatu Lithuaniæ redierimus, eiusmodi Judicia genera

dicio generalia bis in Anno celebrent, quibus et Dni Episcopi, Singuli in Districtu sedis Episcopatus sui, Palatini, Castellani, cæteriq; Dignitarij & Officiales, Iudices et subiudices Terrestres interesse teneantur sub pœnis in illos statutis, nisi vera infirmitas, Legatio, vel Reipub. seruitia illos excusarent, in tali enim casu, licebit impedito &c. in loco suo, alium idoneum surrogare. In quibus quidem Iudicijs generalibus, omnes Motiones, Appellationes, & alia id genus, tam a Terrestribus quæ a Castrensibus Iudicijs ad ea ab Officio Castrensi quo ad nos seu ad Conuentus generalem Regni fuerint facta etiam ante Annum in Lithuania egressi &c fuerint decisa, ac item interim, donec in Magno Ducatu illo nos agere contigerit cadentia iudicari & terminari debebunt. Et quicquid per Iudicia illa Presidentes ac locum Capitaneos in executione decreti debet. Licebit cuilibet ex eius, a decreto & Sententia Iudicij ad generalia ad Conuentus generalem Regni primum post nostrum in Regnum reditu celebrandos appellare. Sed huiusmodi appellatione non obstante executio decreti fieri debet vt supra: illeq; pro quo Iudicatum fuerit in possessione bonorum illi ad Iudicatorum inducendus et in ea tuendus erit. Vbi tandem in Conuentione generali, nos una Consiliarijs nris Sententia & decreto a quo appellatum fuit iusta esse cognouerimus illud approbabimus. Quicquid vero, vbi per nos & Consiliarios nros fuerit retractatum & infirmatum bona omnia et res illa quæ per huiusmodi Sententia fuerint adiudicata alicui parti, eius restituent illi, pro quo in Conuentu generali tulerimus Sententiam, simul cum fructibus interim eo tempore perceptis & damnis inde secutis Iuramento damna passi declarandi. Tempora vero celebrandorum huiusmodi generalium Iudiciorum, Volumus iuxta Statutorum dispositionem obseruari. Sigism. Cracouiæ 1540.

Statuta de Colloquiis, in executionem ponantur.

Edictum Statuta de Colloquiis generalibus celebrandis, imo &c. de omnibus personis, rebus, ac Iudiciis Regni edita & quæ deinceps executionibus expresse abrogata, in executione ponere, illa exequi per edictum mandabimus. Sigism. Petricouiæ 1590.

Comitia seu Conuentus.

Comitia Petricouiæ sint, nisi quid graue ferent nonnulli Consilium & nuncij terrarum Regni nostri, ad Conuentum generalem Regni, Cracouiam se vocari, præter veterem Consue

Veterem Consuetudinem, a loco Petricouiensi illos euocando, Decreuimus Consiliariis Nostris & terrarum Nunciis petentibus, Vt non alibi præter Petricouiam, Conuentus generalis celebret, nisi causa legitima per Nos cum Consiliariis Nris expendenda, aliud suaserit faciendum. Sigis Crac 1540.

§ Similis. Assentimur Dominorum Consiliariorum & terrarum Nuncionum Sententiæ, & ita relinquimus duraturum Quia Regni Comitia generalia non alibi nisi Petricouiæ, indici & agi debent, pestilentiæ & ægritudinis Regiæ, Casibus exceptis. Sigism Craco: 1543.

Sed in Lublin, aut Parczow, Poloni cum Lituanis Comitia celebrent.

Hoc etiam addito Specialiter et expresso, quod præfati Barones, et Nobiles Regni Poloniæ, & terrarum Lituaniæ, Conuentiones et Parlamenta, quando necesse fuerit in Lublin, uel in Parczow, & alias in locis Aptis de Consensu, et Voluntate Nra celebrabunt, pro commodo et Vtilitate Regni Poloniæ. Jagello Rex Fol 127.

§ Similis. Vt tempore felicis Nostri principatus, negotia publica procedant Comitia generalia & particularia iuxta tempus et loca Statuto descripta edicemus. Sigism Aug 1550.

Cancellaria Informabitur, de præstituendis Conuentionum temporibus, & de Conuentu Srzedensi, Colensi, & Petricouiensi.

Prouidentes ut Conuentus Particulares debito modo celebrari dum opus est valeant, Promittimus dare Cancellariæ informationem, Vt eos opportunis locis et debitis temporibus, literis præscribant, & præsertim Vt Conuentum Srzedensem duabus Septimanis ante Colensem & subinde Petricouiensem, octodiebus constituere meminerint. Sigism Crac: 1510 Fol 8.

Conuentus in Radzieiow, Brzestensi & Junowladislauiensi terris deinceps est indicendus.

Petitioni terrarum Brzesten & Junowladislauien consentientes, Constituimus, Vt Vtriq terræ unum Conuentum terrestrem in Radzieiow celebrandum, deinceps Instituamus. Sigism Crac 1510 Fol 9.

Pœna turbantium Conuentus.

Statuto hoc presenti etiam sancimus, quodquicunq in Conuentibus rixas facientes gladios euaginauerint, pœna Marcani Viginti Polonicalium puniantur, si uero aliquem vulnerauerint, extunc pœna statuti antea promulgati puniantur, sed si aliquem occiderint, pœna Capitis puniantur. Et contra tales Capitanei locorum, inquisitionem et exequutionem facere debent sub pœna centum Marcarum Polonicalium, Illi uero qui Crimine patrato aufugerint

aufugerint, ex Regno sunt bandiendi & infames pronunciandi, prout & infames eos declaramus. Sigism 1520 Fol 26.

Vnus particularis Conuentus in terra Sandomirien[sis] celebrandus.

Vnus duntaxat particularis Conuentus, in terra Sandomirien[sis], iuxta antiquam consuetudinem celebrari, qui ex speciali concessione ad annos superioribus agebatur, abolito penitus et sublato. Sigism Petric. 1519 Fol 29.

Pena statuitur contra Episcopos, et Palatinos, atq; Castellanos ad Conuentus Terrestres non venientes.

Decreuimus etiam, quod Episcopi, Castellani, Palatini & ceteri officiales teneant interesse Conuentibus Terrestribus, & in alijs Regni Colenis, et in terris Cracouien Nou & Ciuitatis Corczkyen sub penis. Episcopi quinq; solituri sunt pro pena Marcas quadraginta, si se legitima excusatione in eodem Conuentu non excusauerint, Palatini uero & primary Castellani soluere tenebunt (si se temerarie absentauerint et legitima excusatione se in Conuentu non excusauerint) Marcas triginti, Similiter Castellani minores, soluent pro absentia pecem Marcas fisco Regio applicandas, si se non excusauerint, non vaga sed legitimi impedimenti excusatione, et penis predictis fisco nostro Regio irremissibiliter applicabunt. Sigis[mundus] 1510. Fo. 8.

§ Terminus ad Comitia generalia, die sexta post festum Regis ad signandum debet. Vide in Titulo Citatio. Fol 69.

Commissarii, seu Commissiones.

Commissarii circa exemptiones, quomodo se conseruare debeant.

Statuto & sanitum est, quod Commissarij, in causis Iudicij sui debeant recedere a Statuto communi et facultate illis ciuiliter data, videlicet circa limitel faciendas, exemptionem bonorum vel diuisionem bonorum inter personas etiam remotas, partemq; sibi succedendi habentes faciendam, et ne morem gerant ullis informationibus, huic statuto contrarijs, quod si quid contra Statutum falerent, id nihil esse debet, nullaq; informatio illos excusare poterit, preterea nulla bona ciuitatem exemptionem mittere debent, tantum ea, quæ in literis obligatorijs exprimit describta. Sigism Cracc. 1543.

Qui citat Commissarios uel Iudicium temere, quo pena plectitur.

Qui citaret Commissarios aut Iudicium de officio, et talis temerarie citasse conuincere

citasse conuinceretur, tenebitur talis, ibidem in Instanti, Singulis seorsum Soluerebis quatuordecem Marcas pro pœna, Similiter et parti, Si citabitur Sigill: 1557. Commissiones dentur petentibus.

Item promittimus, quod omnibus terrigenis, cum bonis et hæreditatibus Nostris granicies postulantibus & petentibus non denegabimus. Sagello in Jedlna 1433 Fol 52. Commissiones in quibus Casibus dantur.

Autoritatem Judiciariam ubique illibatam conseruare cupientes, Statuimus, quia nos Successoresque Nostri, nullas dare debemus Commissiones, non dabuntque Successores Nostri nisi super limitibus bonorum Nostrorum; & diuisione bonorum hæreditariorum, inter fratres & proximiores aut que essent de Consensu partium, alias datæ nullius sint roboris uel momenti. Alexan: in Radom 1503 Fol 117.

Commissiones Regiæ etiam inter remotos, par Jus Succedendi habentes, dabuntur.

Commissiones in alijs Casibus quam qui in dispositione Statuti continentur dari prohibemus, et datas nullas esse volumus et decernimus Commissiones tamen, ad diuidenda bona, tam inter fratres germanos quam inter alios quosuis consanguineos, qui ad aliqua bona par Jus Succedendi habent, quantumcunque remotos, locum habere debere declaramus & decernimus. Quod si quis repellere volens eum qui diuisionem bonorum petit, negat eum esse consanguineum, uel Jus Succedendi ad bona huiusmodi habere, in tali Causa Commissarij a diuidendis bonis supersedere, & decisionem controuersie super propinquitate & Successione, ad Judicium terrestre remittere debebunt. Sigil Cracouiæ 1532 B 2.

Olim Solum duo Dignitarij & Succamerarius ad Limites dabantur.

Præterea pollicemur, quod omnibus petentibus a Nobis limitationem seu distinctionem limitum, inter bona Mensæ Nostræ Regalia & bona petentium consentiemus: & dabimus duos Dignitarios seu Officiales & Succamerarium, qui Nomine Nostro potestatem habebunt limites faciendi. Casim: in Nieszowa 1454 Fol 92.

Sed deinceps Quinque Sint Commissarij

Item cum inter bona Nostra Inscripta vel non inscripta & Subditorum Nostrorum Nostris couicinantium, nonnunquam Iniuriæ & oppressiones

nonnunquam

nonnunquam etiam cædes committerent & fierent difficultates plurimæ pro limitatione granicierum, Nostris aut Capitaneis aut Tenutariis, sub umbra Regii Nominis Nostri bonorumq; Nostrorum, Subditosq; Nostros, Vicinos, aut opprimentibus, aut limitationem granicierum difficultantibus idcirco ex innata Nobis Virtute, et benignitate Regia, propter omnem subditorum Nostrorum Iustitiam et pacem, ex hac parte habendam, Promittimus Quia quibuslibet Subditis Nostris cuiuslibet status & conditionis existentibus, granicies ex parte bonorum Nostrorum petentibus, Nos et successores Nostri, Secundum statuta Antiqua, ad discernendam æquitatem Commissarios illius terræ & districtus, in quibus bona limitanda consistunt, videlicet duos Dignitarios et duos Officiales, cum suo Camerario deputabimus, et deputare debeant. Alber Petrico: 1494 Fol. 107.

Commissarij accepto ex Utraq; parte a Senibus Iuramento, limitationem faciant.

Qui quidem Commissarij postquam exiuerint, debent ex Utraq; parte Senes aduocare, a quibus recepto Iuramento, iuxta eorum recognitionem & testimonium ad limitationem procedent, Si uero ipsi Senes discordes fuerint, extunc Commissarij iuxta suas Conscientias concordando discordias Senum, Secundum eorum priuatum Iudicium, limitationem ipsam prosequent & terminabunt. Vbi autem & ipsi Commissarij discordarent Volumus, quod ex ipsorum Sententia, qui plures in Voce concordes fuerint, autoritas atq; potestas dependeat difinita terminandi, Nostrorum Officialium, videlicet Capitanei, aut Tenutarij, contradictione non obstante. Ibidem.

Si Commissarij desint, In proprio districtu.

Si autem Dignitarij, ad limites ipsos designandi essent pauci, in illa terra seu Palatinatu, in quo limites fieri debent, aut forte essent absentes, eo casu ex Vicino Palatinatu, uel etiam ex remotiore, Commissarios designabimus, ad ipsos limites faciendos non alios tamen, nisi tales, qui in illis terris, ubi limites essent faciendi, possessionati fuerint. Sigism: Petricouiæ 1525 Fol. 30.

§ Decem Grossi pro (limites Commissionis) literis in Cancellaria accipiant.
§ A literis Commissionis, cum Mandato decem grossi accipiant.

Capitaneus, seu Tenutarius bonorum Regalium, ad limitationem bonorum exeat & Commissarios prouideat, Si libera bona possidet.

Capitaneo,

Capitaneo seu Tenutario bonorum Nostrorum mandabimus, ut pariter cum Commissarijs eisdem, ad limitanda bona eadem exeat, descendat et Commissarios expensis prouideat, in his praesertim bonis quae habemus libera & sine obligatione. Joan Alber. Petric: 1496 Fol 107.

Commissionis Terminus ad limitanda bona, duae Septimanae Innotescentia Commissorialis, una cum Mandato ad capitaneum per Ministerialem et duos Nobiles, inferenda sunt duabus hebdomadis ante limitationem, ita ut tam de tempore, quam de loco certum Capitaneum faciant. Sigism. Petricouiae 1520.

Praeterea Commissarij Nostri praedicti, duabus Septimanis ante, quam simul conuenient ad faciendos limites, Capitaneum seu Tenutarium Nostrum, de tempore et loco sui conuentus certiorem facient, per Ministerialem et duos Nobiles, ac etiam per literas suas proprias & Mandatum Nostrum. Idem Rex 1523 Fol 30.

De honore ac Securitate Commissariorum

Quod si quis Plebeius, in negotio & Judicio limitum, vel alioquocunque contra Commissarios inueheretur verbis, illosque inhonoraret, talis turri, vel alioqui Sessione dimidij Anni puniri debet. Cuius poenae executionem, Capitaneus illius loci faciet, sub poena in statuto descripta contra illos, qui executionem facere negligerent, Quod si quis etiam plebeius, arma corriperet & vibraret, licet etiam neminem vulneraret collo luat poenas, quod etiam Capitaneus exequatur. Nobilitas autem pro talibus excessibus, iuxta statutum puniatur. Sigism. Crac. 1543.

Quod a Commissariis in limitatione bonorum semel decretum est, id non innouetur.

Ut, quod per Commissarios Nostros (quos ad limitationem bonorum Nostrorum Regalium & Nobilium concedimus) semel decretum fuerit, amplius non innouetur statuimus; ut post limitationem bonorum Nostrorum Regalium ac Nobilium, Capitanei Nostri fundis Nobilium iniurias non inferant, subditi vero Nostri, in fundis dislimitatis, nullum usum fructum habeant neque aluearia, neque alias utilitates. Sigism. Aug. 1550 A 4.

Inter Regnum Poloniae & Magnum Ducatum Lithuaniae Commissarij dabuntur.

Propter iniurias sopiendas, quae inter subditos Nros, tam Regni quam Magni Ducatus Lithuaniae, mutuo inferuntur dabimus duos Commissarios ex Regno, et duos ex Magno Ducatu Lithuaniae, quando sci licet aliquis

licet aliquis, de Iniuria aliqua conquestus fuerit, Coram quibus Commissariis, post Innotescentiam Commissariorum & Mandatum Nostrum, quilibet comparere tenebitur, ibidemque sine Ullis dilationibus, culpatus cum parte Actorea experiri tenebitur. Sigismundus Aug. 1557.

Quicquid Commissarij fecerint, ratum sit nec Reuisores dabuntur.

Nos Vero deputabimus Commissarios Nostros, qui faciant limites, ac illorum Iudicium inhibitionibus Nostris non impediemus. Assessores seu Commissarios, nec etiam Reuisores, post factos limites designabimus sed quicquid Commissarij Nostri decreuerint, illud ratum et firmum esse debebit. Praeterea cum Commissarij Nostri conuenient ad locum limitum, siue Capitaneus, seu Tenutarius noster exiuerit siue non, eduxerit senes aut non, ipsi Commissarij nihilominus limites ipsos prosequi & finire debebunt. Capitanei Nostri ac etiam illius qui quaeritur de Iniuriis limitum contradictione, seu Motione & Appellatione, ac etiam absentia, minime obstante. Sigismundus Petr. 1523 Fol. 30.

De Commissariis inique Citatis, & de alijs Iudiciis.

Quicunque citaret Commissarios, aut aliquod Iudicium, uel Officium pro aliquo processu, et talis decernetur inique illos Citasse is tenebitur singulis separatim dare, bis quatuordecem Marcas propaena, similiter & parti, si eadem citaretur. Sigismundus Aug. 1557.

Complices

Complices Victo patrocinantes, proscribuntur.

Similiter & omnes complices, eidem Victo palam patrocinantes, Citari debebunt ad banniendum, & de Regno Vna cum ipsorum praefato principali, Iure conuicto, proscribendum se decerni, contra quos, prout eorum principalem, Officium Capitaneale procedere debet. Sigismundus 1523. Fol. 36.

Si Complices Impossessionati fuerint.

Qui Vero essent impossessionati, per Officium illud Castrense comprehendantur & in turrim conijciantur, quorum punitio in arbitrio & gratia Nostra consistat. Sigismundus Rex.

§ Complices perpetrati homicidij, Vide in Titt. Homicidium

§ Complices in Inuasione domus. Vide in Titt. Inuasio Domus.

Condemnatio.

Condemnatio.

Qui in termino peremptorio condemnand.

Si citatus, comparere & curauerit uel contempserit, in termino peremptorio, causam perdat, et ab actione cadat, cum pena. Cas: cla: Vill: 1454 Fol 37.

In secundo autem termino, in terminis, quilibet citatus comparere & respondere debebit. Casim in Pies Zowa Fol 94.

Si citatus in secundo termino Apotc peremptorio, temere sine excusa repositione termini non parauerit, actor eum condemnabit in luro, iuxta continentia Iuris Citationis, attamen in talem condemnationem citatio debet inseri, hinc Acticari. Leg: Sol Petricouie 1523 Fol: 93.

Condemnatio legitima qualis esse debeat

At ipso pars, que fuerit absens & nisi extrema hora crediei Iudice quasi surgere volente, prima, secunda, & tertio hora et tribus vicibus euocata uel in luro si rea, uel in euasione si actora fuerit) quod scilicet parere & curauit condemnetur. Casim Vill: 1360 Fol 11.

De Iuste & Iniuste Condemnatis

Item dum aliquis aliquem condemnauerit iniuste, condemnatus arestabit condemnationem in libro. & si citauerit pro iniusta condemnatione, tunc ille qui sic condemnauit, debet lucre penam talionum & condemnationem describere de libro. Sed si condemnatus & arestauerit condemnationem, tunc ille qui condemnauit, potest describere sine pena. Consue Terre Bricou 1505.

Condemnatio Actoris.

Item in Pernicius Condemnandis Castren uel Terrestribus, Vsq in fine Actores debent condemnari & si citatus prius condemnaret Actorem, antequam Ius admittet alios Actores condemnari, Actori condemnato nihil nocebit condemnatio. Consuet: Terre Bricouien Fol 122.

Condemnati in Iudicio, illico Satisfaciant.

Quia victus tenetur victori Satisfacere de euictione & condemnatus de Iudicio prius recedat, nisi Satisfaciat pro eo, pro quo est condemnatus. Quidam tamen rebellione, aut inobedientia ducti, ne cum quo Animo recedunt de Iudicio condemnati pro debito nulla Satisfactionem aduersarij impendentes. Quapropter volumus quod tales inobedientes, de malicia ipsorum condemnatum a portent, quia postquam conuicti fuerint in Iudicio, ad manus aduersariorum Suorum ligati tradantur. & si in captiuitate minentes effugerint, a potestate eorum sint liberi et

sint liberi & absoluti ipso facto, & omni debito quod tenent & obligantur, preter debitum furti, quod semper condemnati solvere tenentur. Casim. Cillicui 1369 Fol 9.

Pena condemnati in contumacia

Item volumus, ut quilibet actor condemnando citato absentem in contumacia, solvat duntaxat duos grossos, quorum unus cedet Nuncio, & alter grossus, Judicio presidenti. Sigism. Petricovii 1529. Fol 30.

De petitione insimul & condemnandis, & pena.

Item dum aliquis postulat, et condemnatio ex alias objecta, & petitum, pro citatione mala & condemnatio, nec Strungi Ped penadum taxat decernatur petenti. Conluet Cracg 1505 Fol 124.

Confirmatio Jurium

Vladislaus Tertius Rex, Jura confirmat.

Ex certa nostra scientia, prehabita sufficientissima deliberatione, animo et voluntate. Nec ultroneo ipsis Prelatis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Procuribus, Nobilibus, Burgensibus, ceteris subditis et incolis Regni Nostri, cuiuscunq; status existunt, spirituali vel seculari, quoque ipsorum Jura libertates ac immunitates, literas, Privilegia Ecclesiastica & secularia, quo a divae memoriae, prelibato genitore, ac aliis Regibus, Principibus, Ducibus & Dominis predecessoribus Nostris Regni Poloniae veris & legitimis Successoribus super quibuscunq; bonis et libertatibus habere dinoscuntur et habent, sub quibuscunq; datis, in vita sua iuste & rite emanata Libertates et immunitates spirituales & seculares in se continentes & quas hic volumus haberi pro insertis in omnibus earum punctis, positionibus, conditionibus, Articulis & clausulis eorum Universis, ratificamus, innovamus, approbamus & presentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes, illa robur obtinere perpetuae firmitatis, Promittimus insuper in Verbo Nostro Regio Prelatis & Spondemus, eadem ipsorum Jura, libertates, immunitates, literas et Privilegia, per omnia rata atq; grata habere & inviolabiliter perpetuo observare, ac eis satisfacere cum effectu. Vladisl. Petricovii 1434 Privilegio Manuscripto.

Similiter Casimirus Tertius Jura confirmat.

Nos Casimirus attendentes, Constitutiones predecessorum Nostrorum quasdam in oblivionem deductas alias reformatione & innovatione & alias additione egere, ad instantiam omnium Nobilium, regni

colum Nostrorum

colarum Nostrum, coram Nobis constitutorum, de Consilio Baronum & Consiliariorum Nostrorum Constitutiones terrarum prefati Regni Nostri duximus presentibus innouandas, emendandas & reformandas in melius, ac eisdem aliquid adijciendum censuimus. Vt Iudices terrarum Regni Nostri ipsis innixi, et ex ipsius enditione sumpta in Iudicando conseruent. Fateram Equitat. Calm in Nielzowa 1454.

Fol 92. Confirmatio Iurium generalis

In primis igitur pollicemur Verbo Nostro Regio, omnes Regni Nostri Incolas, in Iuribus quibuscuis, ipsis a predecessoribus Nostris datis inte graliter conseruare, nulliq bona reipi mandabimus, aut Captiuari faciemus: Nisi prius fuerit Iure conuictus. Idem Rex Fol 92.

Similiter Ioannes Albertus omnia Iura, Simulque Calimiri in Nielzowa condita, confirmat.

Licet per alias literas Nostras, tunc Inuictis terris Sublimitatibus et subditis Regni Nri concessas, vniuersa Iura, Priuilegia libertates et prerogatiuas, per Serenis & Illustrissimos Reges & Principes Polonie, olimque genitorem Nostrum, eis concessas atq confirmata con firmauerimus, cum Sacramento Juramenti in Felici Coronatione Nra per nos corporaliter prestiti, ibi quoq licet censeant vniuersa Priui legia inclusa esse, Successiue Regno concessa, tamen cum in presen ti Conuentione produceret in medium Priuilegium originaliter conti nens Constitutiones multas nobis et Regni Nostri pernitiles in Nielzowa olim per genitorem Nostri datum, illud ad vota Palatini & Vniuersi regnicolarum Specialiter confirmatum, decreuimus Pren tibus inserendum, tenore infrascripto. Ioan Alber Petr: 1496 Fol 92

Idem Ioannes Albertus Rex, de eodem

Quod quidem Priuilegium, in omnibus punctis, conditionibus, pacti bus et articulis de certa Scientia, benignitate, & Virtute Nostra in nata, preclarorumque Baronum ac Nunciorum de singulis terris huc conuocatorum, Vniuersorum consilio & voluntate confirmandum duximus, & confirmamus, perpetuo tenendum, obseruandumq. Be tricij 1496 Fol 92.

Idem Rex Ioannes Albertus decernit, sua Statuta perpetuo duratura, Simulque priora omnia confirmat.

Postremo vero, Presentis Statutorum confirmationisq & Iuc sionis Nostrorum tenor, robur obtineat perpetuae firmitatis, nec ullo

Vnquam tempore per Nos et Successores Nostros in aliqua sui parte quo modo libet valeat in irritum revocari, tam presentia Statuta Nostra confirmandum antiquorum continentia, quam alia Antiquiora Universa per divos olim predecessores Nostros Reges Polonie, Successive edita presentibus etiam de verbo inserta, in omnibus punctis, Capitulis, Articulis, punctis, et clausulis, approbamus Nostra presentia, decernentes perpetuo valitura, illa vero Universa antiquiora confirmantes, roborantes, et ratificantes, quatenus perennis firmitatis robur obtineant, Super quibus tam Nouis presentibus Statutis quam antiquioribus confirmatis, Nostras Priuilegiales patentes literas, pendentis retro vel a dorso Sigilli Nostri munimine roboratas, de certa Nostra scientia, dedimus et concessimus, per manus Reuerendi in Christo Patris Domini Wrocslai de Kunzwigli Episcopi Gradislauien. et Cancellary Regni Nostri, nobis sincere dilecti. Petricouie in Conuentione generali a Dni 1496 feria quarta proxima post festum S. Vrbani, per Nos et Vniuersos Prelatos, Barones, Regnicolas et Terrarum Nuncios, celebrata. Joan Albr. Petricouie Fol 110.

Item Rex Alexander, Statuta Terrarum Regni Petricouie 1505 edita, Maiestate Regia in Lithuania existente, continuat et approbat.

Nos Alexander Rex, post felicem Coronationem Nostram Regni Lithuanie tunc exponente, cum ad Magnum Ducatum Lithuanie contulissemus nos, ibi vero Regni terris, nobis in Ducatu ipso agentibus diu Conuentionem indixeramus generalem, fuit per Vniuersos Regni Nostri Prelatos Spirituales et Seculares et terrarum Nuncios, Vniuersi totius Regni, etiam absentium Nomine, per literas Nostras, et per proclamationes publicas vocatos, Vnientes et conuenientes representantes, celebrata Conuentio generalis, in loco Regni Nostri ad id consueto Petricouie die Dominico Reminiscere, et prorogatione habuit, usque ad Dominicam Iudica me Deus Cet Ao 1505 qui Illustrissimo et Reuerendissimo olim Dno Friderico Cardinali et germano Nostro, ad gubernandum Regnum, in Nostri absentia per Nos olim constituto vel lecto Vltimo egritudini deuumbente) presidebant. Reuerendissimus et Reuerendi in Christo Patres, Dni ac Magnifici, Archiepiscopi, Episcopi, Palatini, et Castellani, cum reliquis Ordinis Regni Prelatis Viris, Status Conditiones Nostras per quos et Vniuersos alios Conditionis ac terrarum Nuncios, statuta edita, sint per Nos ad vota eorum approbata, et inscripta. Alexand 1505 Fol 111.

Alexander

Alexander Rex causam reddit. Cur in hunc mo
dum Constitutiones suorum emulgari et Statuta.
Sunt igitur Priuilegia hac, ad presens singulare volumen congesta. Primi,
legia Supra scripta Constitutiones Regni Poloniæ (quæ sub tempore a Boleslao
Calisiensi Duce, et Magno Casimiro Rege ad Nostra vsque tempora
auctoritate Principum pro Regno et Incolarum eius felici statu edi
constituentia: quorum tenores Libris Legum Ciuilium ad Regni
Nostri habilimentum vtilitatemque per dictum olim Casimirum Re
gem receptorum, anteponi mandauimus, eorumque omnium sine vete
pretermissione, ac eis clauem apertionis, processum Iuris, et terminorum
conseruationem, cum aliis suo loco positis tanquam singulare thesaurum
atque promptuarium, quo tutissime per omnes eventus dubitandi occasiones
salus, absoluimus. Sic inde scriptum Nostrum hoc, omnino extremo super
scriptorum loco ponimus. Quod licet nihil contineat constitutionis Regni
veteris diuturnæ, perhibere, sub sacramenti munimine vbique tamen
quidam in hac Regnorum dicta communi subditorum Gratiarum
et instantia impetratum animo habuerat, per quod ad veram potius pro
uocati etiam citati, quam moti proprio persuasi sumus ad studendum
dum communis Priuilegium per omnes Volumini passus superscri
ptum faciamus Regnorum. Primi. sit quibus expedit presentibus et
futuris litera scripta Priuilegium dedisse occasionem nobis et Priui
legia Primi. Supra scripta, centuram subditis Statusque publici per trium
pentia, de thesauro Regni Nostri publico, ac ex aliis Regni Nri publicis
scriniis atque locis (quorum supra fit mentio) sumpta, in manus dede
rimus subditorum Nostrorum. Quamobrem Priuilegium hoc scriptum
tanquam specialissimum, et subditis Nostris gratissimum, duplici sili
et materiali Sacramenti sigillo munitum, et inter indaginum am
pagel superscripta, sed speciali descriptione exaratum, atque omnium
Regnum, tanquam veterem ac sigillum possessionis habebit locum.
Cuius sequitur tenor. Idem Fol. 66.

Generalis Confirmatio Iurium per Regem Alexandrum.

In Nomine Dei Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regnantium cum
peranciam Auspicia felicia semper euenirunt, dum quod salubri
ter prouident et promittunt oraculis, pro iure et iustitia conseruandis
subditorum fidelium tenendum, id literis ea perpetuis firmant, et po
rum notitiæ commendant, quo perpetuo duraturum. Proinde nos Al
exander, Dei Gra. Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Rex non

Seruatum Ora

terrarū Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Russie, Pu
lie ac Culmen & Elbingen, Pomeranieq Dominus et hæres &c. Si
gnificamus tenore Presentiū quibus expedit Vniuersis Presentibus acq
turis, harum Notitiam habēturis. Quia licet in Sacris Ellatis Bo
Regib⁹ primitus (Dymlicet principes Spirituales & seculares ordi
Prelati & regnicole & Ni felici aderant Coronationi) Vniuersa Priuilegia
per diuersos olim Antecessores Nros, Principes, Duces, Reges & per Nos, post
felicem Coronacionem Nram Regno Polonie eiusq⁹ regnicolis concessa
promisimus inuiolabiliter tenere, tamen propter maiorem confirmi
tatem, annuentes votis Consiliarior Nostror & Nunciorum
terrarum, et Vniuersis Regni terris, in hac Conuentione existentiū
eorundem petitionibus & adhortacionibus permoti & per errorem
vel improuide aut indeliberate, sed ex Speciali Virtute & munifi
centia Regiis Nris per literas perpetuas Presentes Nostras promi
timus, Nostram illam solidiorem firmiore⁹q⁹ esse uolentes, Vniuer
sam terram Prutenam & Vniuersos ac singulos incolas terrarum
earundem, cuiuslibet, Status, Sexus, conditionis & ordinis existentiū
Priuilegia Indulta, munimenta, & Statuta, donationes, libertates,
prerogatiuas immunitates, & quaslibet donationū ac uenditionū
Inscriptiones, sub quibuscunq⁹ verborū tenoribus, modis, consuetu
dinibus ac dictis per Illustrissimos ac Serenissimos Predecessores
Nostros, Principes, Reges, Regnas hæredes & Duces Polonie & per
Nos ipsos Regno Polonie ac predictis & aliis Vniuersis terris Nris
et legitime datas, donatas, concessas, & enarratas ac emanatas, data
donata, concessa, perpetua, emanata tenaq⁹ & obseruata quoq⁹
& quarum tenores hic volumus habere pro expressis in omnibus
ipsorū & ipsarum modis, punctis, articulis, clausulis, conditioni
bus & consuetudinibus roborāda, confirmanda & gratificanda
ac roborandas, confirmandas & gratificandas duximus & decreui
mus, roboramus⁹q⁹, confirmamus & gratificamus, ac presentis Scripti
patrocinio firmamus & approbamus, illas & illas, sere, perpetuo,
indubie & in duum inuiolabilis firmitatis robur obtinere: Pro
mittentes Sub Iuramento Nostro, quod in predicta felici Coronacio
ne, corporaliter prestitimus, illas ac illa, in quolibet illorum ip
sarumq⁹ in omnibus predictis eorundemq⁹ modis, consuetudinibus
positionibus, descriptionibus, articulis, punctis & conditionibus
firmiter & in concusse & inuiolabiliter tenere, habere & obser
uare, tenerique habere & obseruari facere, temporibus perpetuo duran

turis, Quo

turis. Quod si aliquid contra libertates, Priuilegia immunitates & Jura prefata Regni fecerimus, illud totum ex nunc irritum inane nullumq; esse volumus ac decernimus ipso facto, atq; irritamus & Cassamus. Quorum omnium memoriale Priuilegii testimonium Sigillum Nostrum Quibus est subappensum, datum in Conuentione generali Cracouiensi, Sabbato Quindenis S. Mich. A° 1505 Regni Nostri Anno quarto. Quibus Reuerendissimis in Christo Patribus Domini Andrea Episcopo Gnesnen & Primate, Petro Episcopo Cracouien Joanne Episcopo Vincentio Bernardino electo Leopolien Joanne Episcopo Cracouien Vincentio Plastouien, Joanne Episcopo Posnanien, Lucae Episcopo Camenecen Electo, Spectabilibus & Magnificis Generalibus, Spectabilibus & Generosis, Joanne de Sirotka Castellano Cracouien, Joanne de Tarnow Landomiren, Nicolao Tarlino de Lubrant Castellano, Petro Alyssko Thesaurario Camicien, Nicolao de Sobieslaw Bestenensi, Nicolao de Sprzetkow Intendente Joanne de Tarnow Cubicul. Nicolao de Tarnow Ladislaien, Joanne de Tarnow alias de Nicolao de Tarnow Episcopi Cubicul. Landoro de Tarnow Castellano Cracouien Officiali Curiensi Palatinali, Joanne Turand de Brodzow Castellano Camicien de Pyzdry, Siradien Tenutio Palatino Gnesnen, Joanne Tenutio de Pyzdry, Siradien Tenutio Palatino Gnesnen, Joanne Stupecki Tarnowien, Jacobo de Sieklisa Decano Cracouien, Petro Jastrzembiel de Pielgrzymowa Scholastico Cracouien, Joanne Jordan de Zakliczyn Decano Plocen, Stanislao de Olkowiczky Cantore Cracouien, Ulrico Zechner Castellano Cracouien, Stanislao de Lesznyczka Cliedrycze di de Boguria Cracouien, Stanislao de Lesznyczka Cliedrycze Cracouien, Petro Gorski Notario & Secretario Regio, Petro de Opalenicza Landen, Petro Gorski Notario & Secretario Regio, & aliis Nobilibus Dilectis Domis Succumeranis & de Castellanis & aliis Nobilibus Dilectis Domis Succumeranis & de Consiliariis & Curiensibus Nostris ad premissa testibus vocatis. Datum per manus fidelis nostri sincere et fideliter nobis dilecti. Datum per manus Venerabilis de Lasko Joannis Gnesnen Eccl. & Regni Nostri Cancellarii sincere nobis dilecti. Et. 1505

Idem Alexander Priuilegia Sandomiriensia confirmat.

Nos Alexander Et significamus Quia licet in serie Clarissimorum Principum Predecessorum Nostrorum Regum Poloniae, Spiritualium & Secularium aliorumq; Prelatorum, Baronum & Regnicolarum Nostrorum Fidelium aderant Coronationi Nostre Priuilegia per diuos olim Antecessores Nostros ipsis Regnicolis concessa, promissionemq; tenenda, tamen in Quibusdam Articulis Priuilegiorum per diuos olim Antecessores Nostros videlicet Ludouicum alias Loyss. Casimirum antiquum Ladislaum alium Ladislaum Patrem & Joannem Albertum Fratres Germanos, aliosq; Reges, Reginas, Principes Predecessores Nostros eiusq; regnicolis concessa promissionemq; tenenda, tamen in Quibusdam Articulis prout ex eorum Nostre fidei & benevolentie perpendant, Deprecationibus

gratiarum

gratiand Nostrarum affectus & in Clenti consequutos & omni
tempore consequituros procul dubio Quo quidem sua benevolen
tia Nos, post mortem eiusdem Dñi Regis Joannis Alberti ad
hoc inclyti Regni Poloniæ iure electionis ad eos libere, Deiq optimi
favente clementia unanimiter elegerunt regnaturi, Decernimus
ex speciali virtute & munificentia Nra per literas Nostras perpe
tuo privilegium illa Nra efficere firmiora. Unde sicut quibus
libet petentibus confirmandum privilegium ab eisdem olim ante
cessoribus Nostris habitum hactenus dare consuevimus, sic Nos
ut Nobilitatis terræ Nræ Sandomirien. privilegia, inscriptiones
libertates, concessiones, exemptiones, prærogativas, indulta & alia
munimenta, per quoscunq Reges Regnas & Principes prædeces
sores Nros, eisdem simul aut divisim prædictæ Nobilitati ter
ræ Sandomirien. data & concessa, data & concessas, justa
& legitima justasq & legitimas, quo ad quandq tenores pen
dere esse & videre voluimus, ac ipsum Nostris de verbo ad verbum
inserta insertasq esse, in omnibus eorundq tenoribus,
punctis, capitulis, conditionibus, clausulis & articulis, duxi
mus ex gratia speciali virtute & munificentia Nra Regia
confirmanda approbanda & roborandas, confirmandasq & roboran
das & approbandas, prout confirmamus approbamus & roboramus
decernentes ea & eas perpetuis retro habituras, tenore
præsentis mediante, in cuius &c. Actum Anno 1502. Hoc Privi
legium confirmatum a Sigismundo Primo 1592.

Sigismundus Dei gratia &c. Quia omnia Jura confirmat
tam rebus tempora Vetustate afferunt, quo numero etiam admi
rabiliores & sanctiores habentur eas vetustas linguæ obscura
reposuit oblivio & perversitas, quæ Regibus & Principibus ad
communem subditorum utilitatem scripta, partesq quibus est uti
terandi monumenti semper interire memoriæ mandentes, quarum
adjumento ab interitu vindicentes & immortale quid Privi
legium Sigismundi I. Regis Poloniæ &c. Patrum factum Pri
vilegium & singulis punctis clausulis, quorum cognitionem ex
tium literarum series exhibet antea, prædicat ante pauci di
ebus cum omnibus Prælatorum & Procerum Regni ejus Principum
Senatus,

Senatus Nobilitatis & populi consensu Diadema capiti eius imponeret
sure iurando de more sanxerimus, omnia iura, omnia Priuilegia omnes
deniq; libertates & immunitates Regni sive omnibus in genere, sive
singulis in specie. per Reges Principes & Duces qui nos præcesserunt
ac Regno tanquam Monarcæ & sive Tetrarchæ præfuerunt, in quacunq;
legitima Causa data & donata. sive donatas et datas rata et firma
se debere, pro majore tamen huiusce rei firmitudine ac robore, et in
futurum testimonium extet, nos non solum boni principis officio functi, sed
debito nos minus liberaliter qua libenter satisfecisse, prætquam ob ea
compotes, eorum communi consensu, singulariq; erga nos pietate, facti
sumus (quod bonum & faustum felix sit Nobis & Regno Nostro, ut de
mum huius ipsorum consensu, ad ultimum finem vitæ nobis præfervire
at) votis & precibus eorundem Prælatorum, Baronum, & Procerum, imo veri
us totius Senatus & Nobilitatis (cuius nunc cum plena fiducia ex
singulis Regni terris, ad consultandum nobiscum, de futuro statu &
gni huc convenerant) annuentes; cum bona & matura deliberatione
omnia iura, Priuilegia, Statuta & Decreta, omnes deniq; donationes
libertates, & immunitates, quascunq; Venditiones & donationes, quas litteras
& Syngrapha, sub quocunq; tenore & verborum forma facta, omnium terrarum
Regni Nri in genere, omniumq; prædictarum terrarum in specie, omnisq;
rerum, omnis gradus, status, & conditionis hominum & incolarum, a Regibus &
Regina, hæredibus & Ducibus terrarum Regni Poloniæ præsertim Ca
simiro Magno, Ludouico alias Loyss Vladislao Avo, Vladislao pa
truo & Casimiro Fratre, Joanne Alberto & Alexandro germanis, Re
gibus Poloniæ prædecessoribus Nostris iuste & legitime data, & do
nata, datas & donatas (quorum & quarum tenores tanti esse volumus
ac si in præsentibus literis expresse describerentur) in omnibus ipso
rum & ipsarum punctis, articulis, sententiis, clausulis, & conclu
sionibus, roborando, confirmando & ratificando roborandas, confir
mandas, ratificandasq; duximus & decreuimus, ac roboramus, con
firmamus, ratificamus & præsentibus literis approbamus, illa & illas
perpetuas & indubitatas, inuiolabiles, firmas & validas, in tem
pitorum futurum. Signum Crac. 1506

Ad Idem ex eodem Priuilegio.

Adiicientes, Iuramenti circa Coronatione per nos præstiti & facti autho
ritate, omnia supradicta in omnibus consuetudinibus, descriptionibus
punctis, articulis, conditionibus, articulis, & sententiis, firmiter &

inuiolabiliter

ter tenere & seruare, teneriq; & haberi & seruari facere temporibus per singula duraturis, quod si aliquid contra libertates, Priuilegia, Iura, & immunitates prædictas Regni fecerimus, derogando, uel abrogando in toto uel in parte alicui præmissorum, id totum irritum & inane, ac nullus roboris, nulliusq; momenti, esse Volumus. Ibidem.

Sigismundus Augustus, iam Regno inauguratus de sui electione, Iuriumq; confirmatione, ita scribit.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quando quidem incerta est, neq; durabilis memoria humana consueuerunt prudentes homines scripturæ commendare id, quod in æterna memoria posteritatis haberi Volunt. Proinde Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus præsentibus literis Vniuersis quorum interest præsentibus & futuris. Quia cum ante viginti Annos uiuente adhuc piæ memoriæ Serenissimo Rege Sigismundo parente Nro Vnanimi consensu Consiliariorum Nrorum tam Spiritualis quam Secularis status & totius nobilitatis, aliorumq; statuum Regni ad Regnum Poloniæ electi & coronati fuimus, Vbi omnes Consiliarij Regni ordinesq; alij Iuramentum debitæ fidei nec non subiectionis ac obedientiæ nobis fecerunt, nihilominus, quod ea præstare nobis non tenebant, quamdiu Serenissimus parens Noster uiueret (penes quem integra authoritas & superioritas Regia durare debuit, prout & ad finem illius Vitæ durauit integra) & quia ætas Nostra tum non permittebat, ut debitum Iusiurandum, secundum antiquam consuetudinem majorum Nostrorum Regum Poloniæ facere possemus, obligauerat se eo nomine Serenissimus Rex parens Noster, Vt cum ad ætatem Nostram perueniremus Iusiurandum debitum faceremus, eoq; nos obligaremus Omnia Iura, Priuilegia, libertates, literas & immunitates, iustas & legitimas, ipsius Regni Nri Spiritualibus, Secularibus, & quibuscunq; ordinibus hominum nullis exceptis, a prædecessoribus Nostris Regibus & Principibus Poloniæ, nominatim uero a piæ memoriæ Regibus, Casimiro Magno, Ludouico, Vladislao Proauo, Vladislao antiquo Patruo, Casimiro Auo, Joanne Alberto & Alexandro Patruis & Serenissimo Rege Sigismundo parente Nro, datas in omnibus firmiter tenere, seruare, & tueri: & hoc quodcunq; illegitime ab hoc Regno alienatum uel ademptum esset, iuxta facultatem Nostram recuperaremus, & ad Vnitatem Regni adjungeremus, in nullo diminuendo fines Regni Poloniæ, sed potius augendo, tantum quantum poterimus. prout iam huic ipsi obligationi satis fecimus, quando septimo Anno

post Coronationem

post Coronationem Nostri, more solito, in Ecclesia Jusiurandum praesti
timus, Post quod quidem Jusiurandum Nostrum obligauimus nos literis
Nostris, omnibus Subditis Nostris, datis: Quia cum Dominus Deus ex
hac luce, memoratum Serenissimum Regem parentem Nostrum sustulerit
non prius Subditi Nostri deberent nobis obedientiam, quousque in omnibus
in genere omnes literas, & Priuilegia tam generales, Regni & Domi
norum ei annexorum, quam priuatarum personarum & locorum, omnes li
bertates continentia, aliasque literas & immunitates a supradictis praedeces
soribus Nostris datas & ab ipso Serenissimo olim Rege Parente Nostro
quamdiu vixit, dandas literis Nostris confirmauerimus. & illas ut in
se extant scriptae in debitam executionem iuxta facultatem Nostram
reponeremus. Cum autem eo res peruenit quoniam Dnus Deus Serenis
simum ipsum Regem parentem Nostrum ex hac luce sustulit, & iam post hanc
liberam electionem & Coronationem Nostri, gubernatio, superioritas, & Au
ctoritas Regni nunc super Nos deuoluta est, memores Jusiurandi per
Nos praestiti & obligationis literalis in nosmet datae. Ediximus Con
uentum Regni, tam propter alias necessitates Regni, quam inprimis pro
pter hoc, Ut illud ipsum re ipsa exequeremur Subditis Nostris, quod
illis verbo & literis Nostris promiseramus. Proinde ex istis Causis, omni
busque rebus bene apud Nos & cum matura deliberatione expensis, postula
tionibus etiam omnium ordinum Regni in hoc Conuentu existentium per
moti, Omnia Jura, Statuta, donationes, libertates, immunitates, Con
suetudines & omnes alias literas & Priuilegia, quocunque tenore verbo
rum conscripta tam generalia totius Regni & dominiorum ei adhaerenti
um spiritualia & secularia quam specialiter omnibus statibus &
personis & locis generaliter & specialiter nullis exceptis a Regi
bus & Reginis a Ducibus Dominis & haeredibus Regni Poloniae &
terrarum eius nominatim vero a Regibus piae memoriae Casimiro
Magno, Ludouico Loysi, Vladislao Proauo Vladislao Antiquo Pa
truo, Casimiro Auo, Joanne Alberto & Alexandro Patruis, nec non Sere
nissimo Sigismundo Rege Parente Nostro, Antecessoribus Nostris
iusta & legitima, iusteque & legitime datas & donatas dataque & donata
(quae quidem eius valoris habere volumus, perinde ad si hic de verbo
ad verbum inserta fuissent) ita prout ipsa in se sonant nihil eis
diminuendo, vel detrahendo, renouare, confirmare, approbare,
ratificare decreuimus, prout praesentibus literis renouamus, confir
mamus, approbamus, & ratificamus, nec non firma, durabilia, certa,
inuiolata, & immutabilia habere volumus temporibus perpetuis.

Et pollicemur

& pollicemur uerbo Nostro Regio & sub onere Iusiurandi per nos pro tempore prestiti obligamus nos, quia hec omnia Superius data, Iura, immunitates, libertates, donationes, Priuilegia, & literas per Antecessores Nostros pie memorie et nominatim per Serenissimum Regem parentem Nostrum, legitime, & iuste datas et exhibitas, data et exhibita firmiter & inuiolabiliter tenere & iusto eo Subditos Nros, omnium ordinum tam generaliter omnes quam Speciatim Singulos, Vnumquemq; conseruabimus & omnibus tenere & conseruare mandabimus temporibus perpetuis, & id quod illis contrarium fuerit neque ipsi facimus, neq; aliis facere permittemus. Quod si aliquando eueniret, ut vel per nos, vel quempiam alium ex his ipsis Iuribus, Statutis, donationibus, Priuilegiis, literis, immunitatibus & libertatibus aliquid eiusmodi fieret contrarium, vel si illis derogare, eadem uel per Nosmetipsos abrogare aliqua re vellemus, extunc omne id Jus nihil firmitatis neq; ponderis habere debet, Sed omne illud vigore istius Conuentus, nihili & cassum intelligi debet. prout & nos hoc ipsum annihilamus & cassamus & nihili esse inuenimus Quantibus Nris literis temporibus perpetuis. Sed quia a non exiguo tempore, in multis locis contra hoc ipsum Jura, Priuilegia, immunitates Regni ex cessum & illis detritum est, postulantibus Procerib Nobilitatis, & Consilio Consiliarior Regni nostri ad hoc accedente, visum est Nobis necessarium, ut hoc ipsum pro eo ac debemus atq; obligati sumus, hic in isto Conuentu reformaremus, & ad priorem conditionem seu integritatem restitueremus, ac reduceremus, et in debitam executionem reponeremus. Sigism Aug. Petricouii 1550.

Consensus. Super bona Regalia

Consensus omnes, datos iuxta Statuta in robore conseruamus, qui quidem Iuri communi & eisdem contrarij. Sigism Aug. Petr. 1550.

Constitutio.

Constitutiones seu Inscriptiones, tam Regni, quam Magni Ducatus Lithuanie, publicam honestatem ledentes ne fiant: aut facte teneantur.

Si qua alie Singulares Inscriptiones inter nos, Prelatos & Proceres Magni Ducatus Lithuanie, ac Prelatos Regni Poloniae seu quas communes Vtriusq; honestate ledarent, quas Antecessores Nri tenuerunt tales nos quoq; non recipimus neq; tenebimus. In Priuilegio Prelatorum Lithuanie

Constitutio

Constitutiones non alibi, quam in Conuentione celebrand. Item pollicemur, quod nullas nouas Constitutiones faciemus absq; Conuentione Communi, in Singulis terris instituenda. Casimi Pertici in Piotrkow 1454 fol 95.

Nec Constitutiones contra Ius fieri absq; publico Consensu.

Leges iam Iura Communia & Constitutiones publicas quod ad Ius Commune pertinent populi afficiunt, itaq; in hac Radomien Conuentione cum Vniuersis Regni Prelatis Consilijs Baronibus & Nunciis terrarum equum & rationabile censuimus, ac eam Statuimus, vt deinceps futuris perpetuis temporibus, nihil nouj constitui debeat per Nos & Successores Nostros, sine communi Consiliorum & Nunciorum terrestrium consensu, quod foret in preiudicium grauamen, Capitis & damnj, aut in commodum cuiuslibet priuatum, ac innouationemque Iurj communis & publicæ libertatis Alexand in Radom 1505 fol 115

De eisdem nouis Constitutionibus, solius Regis Auctoritate non faciendis.

Constitutiones nouas, nj nisi Consiliorum & Nunciorum terrarum consensu, seu iuxta Statutum Alexandri Regis, faciemus. Sigism Petric. 1590.

Idem Rex de eodem

Manifestis faciemus tenore presentium, quibus expedit Vniuersis presentibus & futuris Lect. Quia in prioribus Comitijs superioris Anni terrarum Nunciis quedam concessimus quæ magno studio a nobis impetrare cupiebant. Quoniam vt cognouerunt ea nj esse de quibus atq; primo fronte esse videbantur abrogari quedam, alia corrigi: non nulla uero per Nos clarius explicari, plerasq; noua etiam addi petebant. Nos itaq; precibus eorum annuendo, de Nostra sententia & Consiliorum Nostrorum sententia, Articulos has descripsi fecimus atq; authoritate Nra Regia confirmauimus, eosq; inuiolate obseruari presentes. Sigism Cracouiæ 1539.

Idem Rex de eodem.

Nos Sigismundus significamus, quod cum in presentibus Comitijs Vniuersis essent per nos Constituti, in prioribus superioribus Comitijs in hac ipsa Petricouien facta, reductum fuit postea in memoriam quod in ea Constitutione, quedam additiones seu impugentia fuerunt omissa, quæ ante hiemem, in Comitijs Petricouien statuta erant

qua de re,

quia de re, cum ordine singulos Regni Nri Senatores & Consilia
rit rogassemus, ita esse, una hoc omnes & singuli respnderunt.
Hanc de Consilio eoru & consensu primi, deinde Nunciorum terrestrium
eam Constitutionem, ita vt fuit anno superiori prescripta, scribi feci
deinde ea ipsa de verbo ad verbum legi curauimus, quæ oblivione prætermissa Se-
natores Nostri affirmarunt, in eu qui sequit omnium figitur Bal.

1540 Constitutiones latæ vel ferendæ, futura respi
ciant, non præterita.

Cum omnes Constitutiones & Statuta legem imponant rebus & negotiis præsentibus & futuris & nō præteritis: Volumus vt omnes Nre Con-
stitutiones nunc in Colloquio generali in Cracouia edite & respiciant
præterita, sed tantummodo præsentia & futura. Cracouiæ 1538 Fol.

Præteree Constitutiones nouæ neminem merabunt
donec publicentur.

Ne per ignoratam Constitutionem nouam quispiam colludi videat
dum quicquam fieret contra Constitutionem quæ ad cognitionem non
esset deducta Communem, idcirco in Constitutionibus Nostris plane
procedere cupientes Decernimus: Quod nullus obligatus sit ad nouam
Constitutionem seruanda, nisi ipsa primum per proclamatione in Regno
publicetur. Alexand 1505 Fol. 115.

Alioquin Vanæ sunt Leges, nisi innotescant,
publicentur, ac obseruentur.

Cum Vana sit Lex nisi obseruet, obseruari vero nequit nisi innotescat, omnia Statuta Nostra in Vnu colligi, & ad omnem deduci
notitiam, imprimi & publicari mandauimus. figitur Cracouiæ 1507 Fol.

Consuetudo.

Consuetudines terræ Cracouien pro Jure sint.

Quamuis Prædecessores Nri Alexander Rex præclarissimus omnes
Pollos ac Priuilegia Justitiæ communis per olim Prædecessores Nostros
Duces, atq; tandem Reges Poloniæ, ad iustitiam communiter ministran
dam, regnicolis in isto, inclyto Regno Nostro concessa: Subtempore qui
bus cum Judices terræ iustitia, & negocia judiciaria absolvere dirige
req; consueuerunt, tamen quia vnusquisq; quilibet terræ suæ, spe
ciales habere consuevit Consuetudines, idcirco terræ Cracouien eas
quæ in ipsa approbatæ sunt præsentiu Communi finis Terræ

Regni Nostri

Regni nostri Corpori ascripsimus, easq; approbauimus & pro Iure perpetuo tenendas decreuimus, ascribimusq; approbamus & decernimus, præsentium per tenorem. In Consu: terræ Cracouiæ Alex 1505 Fol 120.

§ Quæ quidem Consuetudines, huic Statutorũ libro, suis locis sunt accommodatæ.

Consuetudines Iuris teneantur.

Puncta supra scripta Nos Alexander Dei grã Rex ex Consuetudinibus, tam Terrestris quã Castrensis Iudiciorũ terræ Cracouien collegimus, quæ Iuri corporis ascripta Decernimus in terra Cracouien pro plebiscito priuato terræ eiusdem tenendo perpetua. Quod decretũ Nostrum etiam Vniuersis aliis terris præsentium tenore Innotescimus, consultiue hortantes, Vt pro iustitiæ cultu conseruaõneq; autistas approbent, aut instar istarũ suas scribant in Papyri literis quam in numero 12 foliorũ isto loco relinquimus, & cuilibet terrarũ eadem folia damus sic tamen: Vt cum reliquæ terræ suas conscribent consuetudines primũ eas nobis vel Successoribus Nostris offerant per nos in stylũ congruentem redigendas. Quas tandem in stylũ redactas Nos vel Successores Nostri ad libros Statutorũ præsentium in terra ipsa de qua Consuetudines nobis porrectæ essent, existentiũ, in duodecim foliis prædictis fideliter scribendas restituri sumus: Successoresq; Nostri restituent, per appositũ Maiestatis Regiæ decretũ, emendatas, moderatas & approbatas. Alexand Ibidem Fol 124.

§ Consuetudines terrarũ omniũ inter se conferendæ Vide in Titulo: Statuta.

Contumacia.

Pœna duorũ boum abrogatur.

Quia nusquã descriptũ est in Statuto, quo pacto pœna Contumaciæ, super partibus citatis exigi debeat (nam tantummodo in Statuto Magni Casimiri de receptione & pignoraõne duorũ boũ tractatur cui Statuto per abusũ tam longi temporis est abrogatũ, propter eaq; nullum robur, & firmitatẽ habere dignoscitur) ideo S. M. R. decernere dignata est: Quia præfatæ pœnæ q Condemnaõne in Contumacia, a nulla parte citata, in nullis Iudiciis tam Regalibus quam Terrestribus etiã & Castren per Iudiciũ, neq; per partẽ Actoream neq; pecuniis neq; pignorationibus exigi, nec quouis modo recipi debebunt, nunc & in posterũ, decreto Iudicii mediante. Sigismũ Cracouiæ 1537.

De eo qui super

De eo qui super hæreditaria quæstione citatus, in primo, secundo, tertio termino, contumaciter se absentauerit.

Licet in pluribus casibus celeritas commendetur, tamen eadem celeritas, in iudiciis & causis expediendis rationabiliter quandoque non est obseruanda, sed potius amplianda & dilatanda, ex eo quod iudicantem cuncta oportet rimari ideoque statuimus: Quod si aliquis super capitali hæreditaria quæstione primo, secundo, & tertio citatus non comparuerit, tunc ob contumaciam eiusdem citati, Actor in termino tertio & peremptorio, per iudicem admittatur, sententia definitiua mediante in ueram eiusdem hæreditatis possessionem & ab omni iure eiusdem hæreditatis & ipsius qualibet venditione, per iudicis sententiam reus decernatur & pronunciet cecidisse. Casim Magnus Fol 16.

Actor condemnans reum in contumacia, duos grossos soluat

Item volumus, ut quilibet Actor, condemnando citatum absentem in contumacia soluat duntaxat duos grossos, quorum unus cedet notario, & alter iudicio præsidenti. Sigism Petricouiæ 1523 Fol 38.

Forma condemnationis in pœna contumaciæ

Nobilis A. B. actor Nobilem C. D. citatum per ministerialem iuridice clamatum, in pœna contumaciæ, super citatione sua E. F. occasione G. H. Valoris L. K. latius canente, condemnauit.

De contumacia Actoris.

Actor faciat & procuret, ad causam reu citari. Reo itaque in termino comparente, Actore totaliter se absentante decernimus: ob contumaciam Actoris quæ est major quam Rei ipsum reu causa obtinuisse si autem reus parere in termino sibi assignato non curauerit, Actore per se uel suum nuncium comparente: Decernimus quod pro huiusmodi contumacia, Reus duorum boni pœna mulctetur. Casim Magn Fol 15

Contributio tam spiritualium quam secularium

Casimirus Tertius duos grossos ex laneis decernit

Item pollicemur quod a modo non expetemus, aliquas solutiones, aut contributiones Tertonum, aut sex grossorum, a terrigenis uel eorum hominibus, sed in solutione duorum grossorum, de quolibet laneo debemus esse contenti, iuxta veterem consuetudinem. Casim III 1504 Fol 93.

Tributum non

Tributum non Soluant libertate gaudentes.

Item in exigendis cæteris exactionibus antiquis, aut pro tempore laudatis, volumus et statuimus, exactores adeo rationabiles atq; discretos esse, ut de hominibus causa quacunq; præcedente a Censibus annuis liberatis, interim donec libertas n̄ videbit expirata esse exactiones ipsas laudatas laudandasq; exigere n̄ præsumant, neque possint. Joannes Alber 1496 Fol 104.

Agri, horti, & Scultetiæ desertæ quomodo Contributiones Soluunt.

Item statuimus, ut agri, horti, & scultetiæ desertæ a soluendis exactionibus impositis sint immunes, utq; de molendinis, secundū antiquas taxas & quitantias, prædictæ Contribuēnes exigant. Et qui propter aliquem casum libertate sive immunitate donati sunt, ab eisdem etiam exactionibus soluendis (præter Czopowe) quamdiu eiusmodi immunitas durat liberi permaneant. Sigism̄ Petricouiæ 1511 Fol: 17.

Villæ & Tabernæ Contributiones Soluant & molendina

Villæ & tabernæ, quæ ex quadam negligentia seu conniuencia exactorum & Capitaneorum, publicas contribuēnes hactenus n̄ soluerunt ad solutionem illarum nunc omnino compellant & similiter molendina quorū tertias Mensuras tenutarij bonorū Nostrorū exemerunt & illas a se emptas, seu in summis pecuniarū obligatas tenent soluant Contribuēnem quæ Szos dicit sicut reliqua omnia molendina in Regno Nostro, seu illorū molendinatores eam soluere solent, contraria consuetudine, que corruptela potius dici debet penitus n̄ obstante. Sigism̄ Petricouiæ 1527. A 3.

Qualiter Contributiones exigendæ.

Perspicientes magnam Reipb. afferre iacturā consuetudinē in exigendis & comportandis Regni laudatis Contributionibus in Regno Nr̄o seruari dudum solitam decernendū duximus & statuimus præsentibus ut in exigendis & comportandis publicis Contributionibus talis ubiq; modus & ordo obseruet, ut coloni, qui ad publicā Contribuēnē soluendā obligant, ad dominū vel ad possessorē villæ quam incolunt, ordinis & conditionis cuiuscunq; iuxta Conuentus decretum & Constituēnē factam, & in Vniuersalibus literis descriptā comportare teneantur, quam vicissim percepta, domini seu possessores Colonorū, vel quorū vis ad soluendam publicam Contribuēnē obligatorū, ad exactores publicos in terris designatos, & constitutos integre, & secundum

Conuentus Ordi

Conuentus ordinadnè, per se, uel Procuratores suos deferent cum ea simul pecunia parte, quam illi ipsi Domini ex Decreto Conuentus in publicam contribudnè soluere debent. De qua re. tam Exactor illi Domino, uel Procuratori Domini pecuniam afferenti, quam Dominus seu Procurator Exactori pecunia Contributionis publicani Capienti mutuo literariam obligatam & subscriptè recognitionis sibi dabunt sigillo Conuentus 1534. B. 2.

Contributionis aliqui Exactores, uel negligentes, quomodo puniendi.

Nemolentes præludere, minuendi occasionè, qua plerunq; ab Exactoribus, subditos patrond hominibus in exigendis Contributionibus fiunt, statuimus: Quod deinceps ipsi Exactores si quando ultra formā literarum, Principalium indictæ taxationis quicquā grauarent, querelis eorundē hominū detalibus minutis, coram illius terræ Episcopo, Palatino, uel Castellano respondere, & decretis eorū parere teneant. Sigillo Ecclesiæ 1511 fol. 12. Si soluere Contributiones aliqui neglexerint K. Majestati deferant, si in propinquo fuerint in uero in remotis partibus: Capitaneo.

Exactores publicani Contributionis deferre tenebuntur nobis (si in loco propinquo fuerimus) uel (si in remotis ageremus) Capitaneo loci omnes qui negligentes fuerint in soluendis ipsis Contributionibus aut qui illas non soluerint, aut integre non extradiderint & tales, cuius cunq; status, ordinis, & præeminentiæ illi fuerint. Nos sine omni spe ueniæ pœnis debitis puniemus. & similiq; pœnā, seu multā, subiacebunt Capitanei, qui Executionē non fecerint Mandatorū patrond & decretorū Conuentualium. Sigillo Diuisionis 1525 A. 9.

Contributio a singulis Capitibus.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Et Venerabilibus &c. Quum bellum, quod nobis in A. D. C. &c. a modo nō mitis fore. Sed magis ac magis feruere uideat, quodq; magis nos angit dum hoc bello inuidi & cupamur, nō alemus hanc impensam & hæc arma aduersus infidelem conuertere, cum quibus inprimis autem Tartaris, Christianis nominis perpetuis hostibus, in terris Boleslaui nobis continuo & plane hereditarium bellum sit. perueteranū fore putauimus, tantis malis & periculis, quibus Regnum & Dominia nostra, imo ferme tota Christianitas obiecta est, diligentius quam unquā alias consulere. & pro

Sulere & prouidere, Statuimus igitur in hoc Conuentu generali Bydgo-
stien. communi omnium Consiliariorum Vrorum & Nuncionum terrestrium Consilio
& assensu Contributiones infrascriptas, pro defensione Reipb. & neruo bel-
li, Neq. enim alio conuertenda erit hac pecunia, quae grate pieq. confere-
tur, quam pro defensione Reipb. & tuendis finibus Christianorum, ab incursio-
ne infidelium, & liberandae Captiuorum, de potestate ferocissimae gentis Bar-
barjae olim Tartaricae Sigism. Bydgost. 1520.

Inprimis Dnus Archiepiscopus Gnesnen. Florenos Trecentos.
Archiepiscopus Leopolien. Florenos Centum
Episcopi omnes Poloniae per florenos centum quinquaginta
Suffraganei per florenos decem
Episcopi terrarum Russiae per florenos quinquaginta
Gnesnenses Praelati de singulis Praelaturis per florenos decem.
Praelati Sendomirien. de singulis Praelaturis per florenos sex
Abbates & praepositi infulati per grossos quinquaginta
Abbates baculati per florenos viginti quinque.

Quilibet beneficiatus de singulis beneficiis quod quispiam habebit in qualibuscunq. Ecclesiis Regni & terrarum Russiae, suam taxam soluet, singulariter inferius explicatam

Canonici in Cathedralibus Polonici per florenos quinq.
Canonici in Collegiatis majoribus per florenos tres
Canonici in Collegiatis minoribus per florenos duos.
Praelati in Collegiatis minoribus per florenos duos
Praelati Russiae per florenos duos
Cancellarius Cracouien. mo. Officii florenos octo
Cancellarij Dnorum Episcoporum & Offiales rurales per florenos quatuor
Praebendarij simplices per florenum Vnum
Mansionarij, Altaristae, Psalteristae per florenum Vnum
Item Lectores gratialistae & Sacerdotes n. beneficiati nec salariati per gros. 6.
Officiales & Vicarij & Iudices in Spiritualibus in Ecclesiis Russiae per flor. 10.
Coladarij qui Decimas Dnorum Episcoporum Vendunt per florenos tres
Notarij Consistoriorum per florenum Vnum
Vicarij Russiae Cathedralium per grossos viginti
Praelati Monasteriorum Monachorum & Monialium per florenos duos
Vicarij Canonicales per florenum Vnum

Omnes Religiosi

Omnes Religiosi Monachi, villas, domos, & census habentes, & Monia
les per grossos decem
Doctores non beneficiati per florenũ Vnum
Physici practicantes per florenos duos
Clausidici Iuris Spiritualis per florenum Vnum
Magistri artium per grossos Octo
Baccaulaurei per grossos Sex
Studentes communiter omnes, ex Regno Vñ duntaxat oriundi pe grossi
Seruitores Magistrorum, Doctorũ, Studentũ, Baccalaureorũ in omnibus
Bursis præter extraneos per grossos duos,
Plebani Ciuitatum per florenos Sex
Plebani Oppidorũ ditiores per florenos tres
Plebani villarum ditiores per florenos duos
Plebani pauperiores per Marcam
Vicary Parochialiũ in Ciuitatibus Notabilioribus per grossos duodecem
Rectores Scholarum in Ciuitatibus muratis per grossos duodecem
Vicary Oppidorum paruorũ per grossos Sex
Vicary villarum & Klessi per grossos quatuor
Cantores Ciuitatũ Notabiliorũ per grossos decem
Cantores Oppidorum per grossos Octo
Organistæ per grossos Sex
Campanatores per grossum Vnum

Ordo Spiritualiũ Ruthenorum

Vuladici Ruthenici per florenos decem
Archimedritæ per florenos tres
Krylosharrye per florenũ Vnum
Seruitores Vtriusq; Status per grossũ Vnum
Archipoponès, alias Archipopi per florenum Vnum
Monachi alias Czerney per florenos Sex
Popadiæ per grossos, quatuor
Pueri & Vxores eorũ per grossos duos.

Dignitary & Officiales Seculares

Palatini generaliter omnes per florenos quinquaginta
Capitanei in quibus Iudicia celebrant per florenos decem
Vice Capitanei Vbi n̄ sunt Iudicia per florenũ Vnum
Capitanei Castrorũ, Epporũ & Dnorum per florenos duos

Marschalci

Marschalci per florenos viginti
Officiales Sigillorum Regiorum per florenos viginti
Thesaurarius Regni florenos viginti
Officiales non salariati proventus non habentes per florenos tres

Eadem ratio sit, de Officialibus Serenissimae Reginae

Praefectus exercituum florenos viginti
Radne Capitaneatus Casimirien florenos decem
Vicecapitanei ubi sunt Judicia per florenos quatuor
Capitanei Castrorum Regalium non Judicialium per florenos quinque
Factores praediorum per grossos duodecem
Castellani Maioris Poloniae per florenos tres
Castellani reliqui omnes per florenos decem
Castellani nullos proventus habentes per florenos quinque
Officiales Curiae salariati per florenos decem
Magnus Procurator Cracovien florenos viginti
Curienses Nostri & Aulici per florenos duos
Cubiculary Nostri in equis servientes per florenos duos
Cubiculary sine equis servientes per grossos quindecem
Familia Nobilis Consiliariorum, Officialium, & Curialium in Conti
nuo servitio Curiae servientes per grossos octo.
Familia eorundem ignobilis per grossos duos
Burgrabii Cracovien per florenos decem
Burgrabii Castrorum Judicio praesidentes per florenos duos
Tribuni terrarum seu Castrorum per florenos decem
Officiales omnes terrestres & districtuum, proventibus suis gaudentes
per florenos quinque
Judices terrestres per florenos sex
Subiudices terrestres per florenos tres
Notary Terrestres per florenos decem
Camerarii Succamerariorum terrestrium per florenum unum
Judices Castrenses per florenos duos
Judex Succamerary Cracovien florenos duos
Procuratores pecuniary Secularium Causarum per florenos tres & si
quis se talem esse negaverit Juramento confirmet
Exactores terrestres, modernis exceptis, per florenos quinque

Notaryeorum

Notary eorum per florenum Vnum
Officiales terrestres & districtuũ, qui nullos habent prouentus per florenos tres
Burgrabii Castrorum ignobiles, tanquã factores per florenũ Vnum
Notary Castrenses per grossos quindecem
Holomkowie & serui Castrorũ per grossos Duos.

Officia Salinarum

Zuppary per florenos Triginta
Vice Zuppary per florenos decem,
Teloneator in Capitaneatibus & teloniis nris Regalibus per flor decem
Teloneatores & particularium teloniorũ exactores per florenos duos
Officiales perpetui in Zuppis per florenos quinq
Officiales temporales per florenos quatuor
Warkmeister florenos quindecem
Barikrech & qui dicunt et habent Ius perpetuũ in Montibus per flor 5,,
Vxores & pueri per grossos duos
Warzychowie per florenos duos
Gwarkones per grossos duos
Vxores & pueri per grossũ Vnum
Mensary alias Stolnicy per grossos quindecem
Vxores & pueri per grossos octo
Starzysze & cæteri minuti Officiales per grossos Sex
Vxores & pueri per grossos tres
Laborantes communiter omnes per grossos duos
A qualibet fenestra alias wyszcie hæreditary per florenos duos
Vxores & pueri per grossos octo
A Caldearibus alias Panwie Salis Butseni per florenos Octo Exceptis Regiis

Officiales Fodinarum Plumbi

Similiter in Ilkusz laboratores communes omnes per grossos duos
Vxores et pueri per grossum Vnum
Gwarkones in montibus laborantes per grossos duodecem
Vxores & pueri per grossos Sex
Non habentes uero mineram per grossos duos
Vxores et pueri per grossum Vnum
Mensary alias Stolnicy per grossum Vnum
Similiter Vxores et pueri per grossum Vnum

Mineratores

Alineratores alias Rudnicy per florenum Vnum
Vxores et pueri per grossos Sex
Socij uero eorum per grossum Vnum
Similiter uxores eorū per grossum Vnum
De molendinis Ventilibus, et aquaticis molendinatores Soluent per gros. 3.
Vxores et pueri per grossum Vnum
Lazurium fodientes per florenos tres
Vxores et pueri per grossos quinque

Ordo Vniuersæ Nobilitatis

Tam Spirituales quā Seculares Dni & Nobiles quicunq; villas habent, quilibet a qualibet villa, dum modo n̄ sit tota deserta per florenū Vnum n̄ obstantibus quibuscunq; libertatibus, Nam hæc lex in personas & n̄ in bona constituta est.
Nobiles bona habentes terrestria, quotquot sunt in domo etiam indiuisi, tenent soluere de Capite suo per florenos Octo.
Qui Emethones habent per florenos Octo
Item Viduæ Nobiles & populi qui n̄ habent Emethones per grossos 12
Populi autē & Emethones hæreditatē habentes per florenos Octo,
Aduocati et Sculteti plebis Emethones & hæreditates n̄ habentes per grossos Octo
Vxores & pueri per grossum Vnum
Aduocati & Sculteti plebis, Emethones, hæreditates, aut tabernas, aut molendinas habentes per florenos Octo
Vxores et pueri per grossos Octo
Vice aduocati et rurales Wladary, ita et Emethones Soluent per gros. 1.
Similiter ab Vxore et pueris qui n̄ habent aliquos prouentus.

Conditio Emethonum

Quilibet a se, Vxore et puero per grossum Vnum
Hortulani quilibet a se, Vxore, & pueris per grossos tres,
Bathaie per grossos tres
Vxores et pueri per grossum Vnum
Inquilini villarum per grossos tres
Pueri & Vxores per grossum Vnum
Demptis uiduis pauperibus, & Viduis per grossos Sex
Mercenary diem laborando per grossos tres
Vxores et pueri per grossum Vnum
Seruitores Emethonū Vtriusq; Sexus, per grossū Vnum

Valachi agros co-

Valachi agros colentes & Vltra Centum oues habentes per grossos tres
Vxores et pueri per grossos duos
Valachi agros n̄ habentes sed oues habentes per grossum Vnum
Similiter uxores et pueri
Kniaziowie Buthenici per grossos quatuor
Vxores et pueri per grossos duos
Flisownicy & piscatores per grossos duos
Vxores et pueri per grossum Vnum
Kmethones generaliter omnes, similiter Vxores, per grossum Vnum.

Conditio Ciuitatum majorum

Consules Cracouien̄ per florenos quinque
Consules Posnanien̄ per florenos quatuor
Consules Leopolien̄ per florenos quatuor
Iuris supremi Aduocati per florenos quinq̄
Scabini ejusdem Iuris per florenos quatuor
Aduocati Ciuitatum per florenos duos
Vxores et pueri tam Consulum quam Aduocatorū & omniū supra Scriptorum per medium summæ, quamq̄ cuiuslibet maritus sol
Czechmagistri earundem Ciuitatū per grossos duodecem Cuerit
Vxores et pueri per grossos sex
Mercatores ditiores et Pannicidæ Cracou̅ per florenos tres
Vxores et pueri per grossos octo
Pannicidæ Posnanien̄ et Leopolien̄ per sesquialterū florenum
Mercatores pauperes per florenum Vnum
Vxores et liberi per grossos octo
Institores per grossos decem
Vxores & pueri per grossos tres
Artifices omnium artificiorū per grossos sex
Pueri & Vxores per grossos tres
Socij Artificum per grossos duos
Vxores et pueri per grossum Vnum
Discipuli artes Mechanicas discentes per grossum Vnum
Ciues Communiter omnes, Iure Ciuili gaudentes per florē quatuor
Vxores et pueri per grossos viginti
Inquilini in Circulo per grossos duos
Vxores et pueri per grossum Vnum.
Seruitores Vtriusq̄ sexus per grossum Vnum
Piscium uenditores apud Cracouiā habentes piscinā & domos per flor̄ 1.
Vxores et liberi per grossos octo.

Molendinatores

Molendinatores prædictarū Ciuitatū hæreditarij per grossos duodecem
Vxores et pueri per grossos octo,
Molendinatores temporales per grossos quatuor
Vxores et pueri per grossos duos
Tragarze per grossos tres
Vxores et pueri per grossum vnum
Mixtarij per grossos duos
Armeni per grossos duodecem
Vxores et pueri per grossos tres,

Ciuitates & Oppida Secundi Ordinis

Kazimiria apud Cracouiam, Wieliczka, Bochnia, Sandecz, Biecz, Pilzno, Tarnow, Proszowice, Skarmierz, Miechow, Lelow, Sandomiria, Lublin, Radom, Opoczno, Wislica, Magna Opatow, Ilza, Bodzecin.

Majoris Poloniæ ejusdem Ordinis

Kalisz, Koscien, Wszechowa, Bydgoscza, Krysko, Plocko, Wielun, Lanczyca, Gniezno, Lowicz, Wolborz, Vniejow, Sniena, Bark, Slupcza, Raua, Sochaczow, Brzeziny, Piątek, Szamotuły, Grodzisko, Koło.

Ciuitates et oppida Secundi Ordinis terrarum Russiæ

Przemysl, Krosno, Sanok, Jaroslaw, Przeworsko, Lanczut, Rzeszow, Strzyzow, Brzozow,

Suprascriptarum omniū Ciuitatū & Oppidorū Vndi Ordinis

Consules Ciuitatum a Capite per grossos quindecem
Vxores et liberi eorū per grossos quatuor
Aduocati, Scabini, Notarij, per grossos quatuor
Vxores et pueri per grossos duos
Item omnes mæchanici per grossos duos
Vxores et pueri per grossum vnum
Socij Mæchanicorum per grossum vnum
Discipuli mæchanicas artes discentes per grossos sex
Mercatores et Vectores, inuehentes res præciosas, uidelicet, lapides gemmas, pannos, sericos, telam præciosam & Colonienē & alia id genus per florenos octo

Vxores et pu

Vxores et pueri per grossos quatuor
Mercatores pauperiores qui ab his emere solent per grossos octo
Vxores et liberi per grossum vnum
Vectores et ducentes per grossos tres
Ab vxoribus et pueris per grossum unum
Omnes generaliter ciues, domos et Ius Ciuile habentes per gros. 4
Vxores et pueri per grossos duos.
Inquilini per grossos duos
Vxores et liberi per grossum unum
Serui mercenarij laboratores per grossum unum
Suburbani et hortulani, & hæreditarij molendinatores in Ciuitatibus et oppidis prædictis per grossos octo
Vxores et pueri per grossum vnum
Molendinatores Manuales & temporales, earundem Ciuitatum & oppidorum per grossos quatuor
Vxores et pueri per grossum unum

Præterea sunt nonnulla Oppida in Regno Nostro & in terris Russiæ habentia fora annualia & Septimanalia.

In talibus Oppidis consules soluant a capite per grossos Octo
Vxores eorum per grossos duos, Pueri vero per grossum vnum
Item Aduocati, Scabini, & Notarij per grossos duos
Vxores et pueri per grossum vnum
Item Mechanici generaliter omnes per grossum vnum
Similiter Vxores et liberi per grossum vnum
Item Artificum Socii, ac eorum Vxores et pueri per grossum vnum.
Mercatores omnes per grossos quatuor
Vxores et pueri per grossos duos
Inquilini Vxores et pueri per grossum vnum.
Item Suburbani, hortulani Iure Ciuili gaudentes cum Vxoribus et pueris per grossum vnum.
Item Molendinatores talium Oppidorum perpetui, seu hæreditarij per grossos quatuor
Vxores & pueri per grossos duos.

In Oppidis non habentibus forum annuum & Septimanalia

Consules et generaliter omnes Officiales per grossos duos
Vxores vero & pueri

Vxores uero & pueri & generaliter omnes homines in huiusmodi oppi
dis existentes per grossos duos
Suburbani et hortulani talium oppidorum omnes in Vniuersum per grossos
Omnes Fistulatores, Cithaeredi, Tympanistae hoc quaestu victum quae
rentes de capite suo per grossos sex
Vxores et pueri per grossum Vnum
Mulieres uagae in Curijs Dnorum ubique manentes per grossos sex
Item Iudaei generaliter omnes in Regno Nostro 3000 florenos per
grossos triginta Computatos Soluent
Tempus Vero Solutionis, Nos literis Nris assignaturi sumus
Iudices Iudaeorum per florenos duos
Notarij per florenum Vnum.
Praeterea exactio & Contributio Ducillorum debet durare a Festo
Pentecostes proxime Venturo, Vsque ad Conuentum generalem proximum
Vt autem haec Decreta & ordinationes in exigendis huiusmo
di tributis factae debitae executioni demandentur Statuimus: ut in o
mnibus Districtibus Palatinatuum duo exactores fiant, unus Spiritu
alis & alter Secularis & Capitaneus, seu eius Vicesgerens, cum eis tan
Omnium de furto uel spolio culpatorum, et contumaciter in primo secundo, tertio et quarto termino comparere nolentium, bona &c. sauro Rō confiscamus. Regio: mandantes omnibus Capitaneis,

ut de illis

ut de illis se Ihn nomine intromittant et illond realem apprehendant possessionem. Calim Jagello Fol 90.

Quomodo fures ac predones expurgentur.

Licet cuncto jure detestemur scelera, et omne, quod iniquum est regium horreat auditum: sed ea maxime, que spoliatores & furum agunt in veiph dolo arte, vel violentia, in commodum alium contra se incitare videbimur, hactenus quo multiplicata est eorum nequitia censeram, & propterea firmamus edicto, vt quilibet cuiuscunq conditionis dignitat, notatus, culpatus, infamatus de furto vel spolio, teneatur sua innocentia, & quali ordine, vel purgatione, et testium numero alii nobilitate sua probaturus esset, clarificare, purgare, et demonstrare, alias volumus illo tanquam furem puniendum. Illi autem volumus tantummodo prodesse purgationis beneficium: qui semel aut bis, et ad maximum ter, de furti aut spolij fuerit notatus vel culpatus scelere, ea vero qui quarto vice culpatus fuerit relinquimus legibus plectendum Purgationem autem huiusmodi facturus, sine turbo aut tumultu sed cum purgatoribus suis decenter ad veniat. Si qui vero vltra compurgatores suos venire presumpserit, omnes decernimus sonore privatos. Calim Jagello Fol 80.

§ De Fure fructum, vide Tit: Fructus.

Furtum.

Si quis clam, vel vi furto ablata, reddit.

Egidius proposuit, in querela quod cum in via dormiuisset Sal co superueniens taliter dormienti gladium, repetit: et peram in qua fuerant tres scoti grossi, et quamuis gladium et peram sibi reddi disset, tamen tres scotos retinuit ipse pro se usurpando. Salco uero reus quamuis de gladio et pera confiteri, et se eadem retinuisse fatetur, tamen predictos tres scotos se habere negat. Inde nos attendentes, quod nullus debet res alienas attrectare, domino rerum inuito, Egidium in tali Salu Actorem, decernimus ad Juramentum fore admittendum Cal: Aug: Visliæ 1360 Fol 24.

De furto, in uno Parochia contra Alterum ejus.

Si aliqui fuerint eiusdem Parochiæ, seu distinctus, et de furto quamlibet rerum, unus alium ad Judicium ecclesie euocare: statuimus quod infra annum tantummodo, ad hoc faciendum, liberam habeat facultatem. Si vero eius facere noluerit, anno elapso eandem me

uere Judicio

ueret qualitatem, tunc accusatus rationabiliter per idoneos testes teneatur et potest se comprobare, in facto esse innocentem. Cas. Magn Vislicie 1360 Fol 26.

Si in remotiore Parochia intra triennium

Cum furta et latrocinia propter crimini immanitatem et infligiendam, seu formidinem pene, pro delicto commisso opponente, per maleficos interdum occultantur: itaq notitia crimini, breui in pectore propalari & manifestari: et sic furta quandoq remanent impunita. et cum contra tales actio proponitur aut opponitur tunc per exceptionem, prescriptionis annalis uolunt et statuunt seruari. In detestatione itaq criminis et maleficiorum decernimus: ut si quis de furto aut latrocinio in Iudicio accuset: si accusatus cum accusante sunt simul in una uilla, uel in una Parochia audientes simul diuina tunc obiectio et exceptio annalis prescriptionis procedat, et sabeat locu, contra agentem de furto. Si autem actor et reus sunt ab inuicem distantes, nec taliter ut premittitur sint inuicem coniuncti, nec alia prescriptio uel exceptio agentem de furto repellit, nisi tantum triennalis. ut imputent etiam sibi ipsis quia ipsi de furto et furtiuis quin in sui damni recuperatione minime curauerint uigilare. Cas. Magn 1360 Fol 31.

Nobiles Subditos Suos, pro furto Bello Dauia culpatos, coram Capitaneo Statuere debent

Veterem consuetudinem seruando Statuimus: ut Nobiles terre Nobiles subditos suos, qui pro furto ex Moldauia culpati fuerint coram Capitaneo Camenecensi Statuere teneant. De aliis uero rebus quæ in Regno committuntur, singuli Nobiles ex subditis suis iustitiam administrare teneant. Sigism Aug 1551

§ De furto Pisciu. Vide Tit. Pisces

§ De furto Feni, Vide Tit Fenum.

§ Furti in uia publica Commissi expurgat qualis sit Vide Tit Vie.

§ Furta committentes, et e Regno fugientes, si postea in gratiam Regiam restituti fuerint, nihilominus infames erunt, et actionibus pro damnis satisfacere tenebuntur. Vide in Tit Profugi.

Golotay et Inquilini

In petitione de Golotis et Inquilinis, uagabundis facta constitutionem et decernimus: ut statuta super his iamdudem condita per Capneos legem diligenter exequantur, de quo etiam admonitionis eorum literas dari faciemus. Sigism Pet Petricouik 1532 f. 3.

Dominus pro seruo

Dominus pro Seruo Golota Satisfaciat.

Item si famulus alicuius dictus Golota aut alias Obdomela uicino domini sui, aut alij damnum intulerit, aut iniuriatus fuerit, dominus ipsius, pro ipso satis facere teneatur. Casim: Vis: 1368 Fol 28

§ Reliqua de Golotis, uide in Titt: Impossessionati.

Gladius Districtus.

Gladium stringens in Presentia Militis.

Vbi uero coram Milite, quis gladiū uel cultellū extraxerit, neminem tamen uulnerando, sit in graā Militis, si autem Vulnus intulerit. Decernimus: ut manus ua perforari poterit et debeat. Cas: Magn Fol 39

Qui in Conuentu gladiū stringat, aliquem Vulneret uel occidat.

Statuto hoc Presenti etiam sancimus, quod quicunq; in Conuentibus rixas facientes gladios euaginauerint, pœna Marcarū uiginti Polonicaliū puniantur. Si uero aliquem uulnerauerint: extunc pœna statuti antea promulgati puniantur. Sed si aliquem occiderint, pœna Capitis puniantur. Et contra tales Capitanei locorū inquisitionē et executionem facere debent: sub pœna Centum Marcarū Polonicalium. Hi uero, qui Crimine patrato aufugerint, ex Regno sunt banniendi et infames pronunciandi, prout et infames eos declaramus. Sigis: Bydgost 1520 Fol 26.

§ Qui gladium Presente Iudicio stringit, qua pœna plectendus Vide Titt Iudicium.

De eo qui coram Regia Maiestate, Archiepiscopo & Capitaneo, gladium extraxerit.

Insuper statuimus: si quispiam coram Nobis gladiū, uel cultellum extraxerit, et aliquem uulnerauerit, sine graā puniatur. si uero extraxerit et nō uulnerauerit, in graā Vrā consistat. Et idem si coram Capneō Vrō hoc factum fuerit decernimus obseruandum. Si uero coram Dnō Archiepiscopo, gladiū uel cultellū extraxerit, siue uulnerauerit, siue non, pœna siedmnadziesta puniatur eidem Dnō Archiepiscopo applicanda. Casim: Magn Fol 39.

Guerra.

Nonnullorū improba temeritas et audacia, suas passiones et iniurias ulcisci Volentium. Guerras execrabiles sæpenumero Regno Vrō excitant.

hd exitant, et damna procurant immensa, propter quod prohibemus p̄senti edicto, ne aliquis cuiuscunq; status, aut conditionis existat quauis laesitus offensa, aut iniuria, uel damno, audeat sine hd consensu belli gerare, aut Guerras personis extraneis, aut intraneis, mouere. Si quis autem Contrarium facere p̄sumpserit, ad damnum omnia quæ Nos aut Nostri subditi propterea contraherent, eum decernimus ei cui iniuria fuit debere. Solidem. Pautem plenaria solutio, aut partialis damnum, propter eius p̄fectionem Guerre, Regno aut personis irrogatorum sufficaret, mutandum decernimus in Corpore. Cas. Jagel. 1447.

Subditi quiete viuant.

Expedit Reipb ut subditi quiete viuant, quod fiet: Si nulli nocent etiam uirtutibus coalescant etc. ✠ Vide in Tit. Bellum.

Hæreticus.

Vladislaus Jagello, contra Hæreticos, et fautores eorum, in Vielun constituit.

Vladislaus Dei grā Rex Poloniæ, nec non terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Lanciciæ, Siradiæ, Cuiauiæ, Pomeraniæ, Russiæ, dominus et hæres, significamus tenore p̄sentium, quibus expedit uniuersis p̄sentibus et futuris, harum notitiam habituris. Quod cū Sub dissimulatione tenere nō debemus, imo aremur diuinæ legis perpetuis imitatores, petitionem hæreticam errores, quos in Dei contemptum etiam Christianæ Religionis detrimentum et enormem politiæ iacturam, iniquo peruersionis genere conflauerunt, etiā quemcunq; oporteret nos subire periculo finibus nostris propulsare, et in gladio deiicere, atq; quia consilio Ecclesiæ terræ, huiusmodi seruitate multentur, maturo consilio habitum, Principum et Baronum nostrorum habito, et consensu, et horum de certa ipsorum et hæreticorum sententia p̄sentibus Decernimus: et pro firmo constituimus et pro irrefragabili edicto, tenendum iubemus: Vt quicunq; in Regno Poloniæ nostro et terris nobis subiectis, hæreticus aut hæreticorum infectus, uel suspectus de eadem, fautor eorum uel director reperti fuerit, per Nros Capitaneos, Consules, Iudices, et alios Officiales quoslibet subditos nros, siue in officiis, siue extra uiuentes, ut lex iuris Regiæ Maiestatis offensor capiatur: et iuxta exigentiam excessus sui puniatur. Et quicunq; uenerint de Bohemia et in tuum Regnum nostrum: Ordinarium suum examini aut Magistrorum hæreticæ prauitatis, ad Sedem Apostolicam deputatorum, uel deputandorum.

tandem subdens comprehendi. Si quis autem predictum Regnum cuiuscunq; status, dignitatis, gradus, aut conditionis fuerit, hinc ad festum Ascensionis Dni proximum, redire de Bohemia neglexerit, noluerit, vel contempserit, pro convicto, et heretico censeatur, et penis subiaceat, quas hereticis infligi consueverunt, nec amplius ad Regnum hoc revertatur nec aliquem omnia bona ipsorum mobilia et immobilia, in quibuscunq; rebus consistentia publicentur, thesauro Dni confiscanda, proles eorum tam masculina, quam feminina, omni careat successione, perpetuo et ignore: nec unquam ad aliquas alumnas dignitates, vel honores, sed cum progenitoribus suis semper maneant infames, nec de cetero quis detur aliquo privilegio Nobilitatis, vel decore. Prohibemus etiam sub eisdem penis omnibus mercatoribus, et aliis hominibus cuiuscunq; conditionis fuerint, ut amodo et in posteri nullas res vetitas, et presertim plumbi, arma clusoria, et pocula ad Bohemiam deferre presumant nec portare. Iuvira vero omnibus et singulis Capitaneis, Burgrabiis, Procuratoribus, Magistris, Civium Consulibus et aliis Regni Dni officialibus et subditis quibuslibet, ad quos presentes pervenerint Mandamus: quatenus presentem nostrum tueatur, fideliter, et firmiter debeatis, ut ubilibet in Civitatibus, villis et aliis quibuslibet locis publicis, et privatis, et specialiter ubi tractabunt Judicia, et ubicunq; congregerit aliquam multitudinem hominum, confluere, palam vocibus preconum faciatis proclamare, ut nullus valeat pretendere ignorantiam premissorum. Hanc quibus sigillum Dni appensum est testimonio literarum. Datt in Cielum die Jovis Judica anno Dni 1424 Fol 75.

Confederatio Principum, tam Spiritualium quam Secularium, contra Hereticos eorum fautores.

Nos Principes Spirituales et Seculares, Barones et Comites, Proceres, Milites, Nobiles, Civitates, totas communitates Regni Bohemiæ, singulariter singuli, et universaliter universi, eodem animo eadem voluntate, sententia, assensu, et patibabidae, omnes unanimiter, significamus tenore presentium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, notitiam presentium habituris, quomodo considerata nonnullis dis ordinationibus, quæ in ipso Regno Bohemiæ inoleverant, visis literis predecessorum Regum Bohemiæ, et in Cielna facta super eadem

Eadem literas

eadem literas, et eand articulos sub quauncp forma verbond extant con
fecti) remanere volumus usquequp et respondemus: et precipue circa hunc
articulu: Quod quicunp existens indigena Regni Poloniq habens in ipso
Regno Poloniq bona, vellet aliquas inobedientias contra Jus Terrestre, com
munie, aut etiam Guerras, nobis et eidem Regno Poloniq damnosas, alicui
movere, aut etiam Guerras, nobis et eidem Regno Poloniq damnosas, alicui
movere, sine licentia Dni ppri Regis gratiosissimi et Consilii Sui, et in
Jure Terrestri communi vellet contendi, aut edhereticales errores facere,
vel promovere vellet contra talem, sive talem, cuiuscunp Status, gradus, con
ditionis et preeminentie fuerint sive Spirituales, sive Seculares, et in
eond destructione consurgere volumus: et promittimus, sub fide et bono
re Nostri, absp dolo et fraude: nec ipsis auxilio, consilio, vel favore pa
trocinari volumus sub fide et honore Nri: etiã si sanguine, affinitate, et
quacunp propinquitate forent nobis aut alicuiusq consanguinei, nec pro eis
loqui volumus aliquod verbo: sed eos, et eond quemlibet talem punire, pro
sumus et promittimus: Jura tamen Dni Ducalia et Terrestria in nullo per
hoc violando, nec ab eisdem recedendo: Hanc quibus Sigillo Dni ad. sub
scriptione nominum manibus Dni, in pendulis Sigillond sunt appensa
testimonio literarum. Scriptum et datum in Nova Civitate Korczyn
Feria sexta ipso die Sancti Mathei Apostoli et Evangelistæ generali tunc
Parlamento celebrato. Anno 1430. Fo. 76.

Liberum sit unicuiq ex Regno, ad bonas literas perdi
scendas proficisci: modo ne novas doctrinas seras.

Si eo cum Consiliariis Dni, et Nuncii Terrestribus convenit nobis
ut libere sit unicuiq extra Regnum Subditos de Regno Dni exire, ac quam
cunp regionem vellet, videndi, seruiendi, et se in bonis moribus, ac Ec
clesiasticis disciplinis exercendi causa, et propter literas ab Ecclesia admi
ssas, alioquin si quis rediens ab aliena Provincia, qualescunp novas doc
trinas, aut libros propagare, subministrare, et uti illis vellet: ijs iuxta
antiqua Jura et Privilegia Regni, debet se custodire. Sigismundus Aug
1543. Laudabile Spiritualium Judicium pertinent.

In primis ad Spirituale Judicium pertinet iudicare differentias
Religionis Sanctæ Christianæ: hæreses videlicet, Schismata, blasphe
mias, contra Deum et Apostolos: prohibemus, Septem Sacramentis Ec
clesiæ, Beneficijs, Privilegijs, et Simoniæ. Sigismundus Aug 1543.

Homicidium

Qui de homicidio accusatur, complices vero
se purgent se de objecto.

Item si plures puta duo vel tres aut quatuor de homicidio accu
sentur

sens, licet antiquitus, per juramentâ accusatoris, omnes pœna homicidij
puniebant: nos tamen huiusmodi juramentâ restringentes statuimus
quod unus tantummodo per juramentâ actoris, de homicidio condem-
nari & puniri: complices vero eiusdem accusati, per probos et idoneos
testes de homicidio et vulneribus, se teneant expurgare, alias in expur-
gatione deficientes, puniantur. Cas: Mag: Viscie 1360 Fol 21.

Castellanorum Judices olim pro capite judicabant.

Statuimus declarantes, quod pro quolibet capite, Castellanorum Judices
quilibet in suo Castellania judicandi et cognoscendi habeant facultatem. Cas: Viscie Fol 11.

Dei incerto auctore occidentur eorum
consanguinei quam quidam.

Item quamvis morte casuali, vel inopinata contingeret aliquem de-
hac migrare luce: puta de arbore cadendo vel in aquo mergendo, aut
quocumque modo: Statuimus: quod prædicti hominem sic decedentem, pœnas
nulla qualitio molestet. Item dum ignoratur, quis commisit homicidij
in manitatem, decernimus, quod Castellanus de hoc aliquam facere mo-
ram et qualitionem. Sed consanguinei et proximiores, culpabilem inquirentes
cautam dum poterint prosequantur: juxta suum formam. Castellan: Fol 22.

Pro milite olim occiso tantum 30. Marcas
et de vulneratis, aut mutilatis.

Quamvis occidens hominem, secundum Dei et legis sanctiones esset
capitali pœna plectendus, nos tamen rigorem illum temperantes: statu-
imus: quod occidens militem triginta Marcas Parentibus, pueris, vel
amicis: mutilans autem in pede, manu, vel naso, quindecim Marcas, in
pollice vero mutilans octo marcas, digito vero quemlibet amputans
tres Marcas grossorum ipsi mutilato, vel in digito lesso (et supra dictus
Solvere teneatur. Cas: Viscie 1360 Fol 22.

Post 60. et Marcas, Caput militis redimitur.

Et violentorum audacia refrenetur. Statuimus: quod dum Miles Spa-
rem sibi militem occiderit, pro capite 60 Marcas Solvere teneatur.
Cas: Mag: Viscie Fol 22.

Si villanus militem, Scartabellum, vel militem
ex Sulcheto creatum, occidebat: quantum solvebat.

Pro capite militis famosi, alias Stadtier, sexaginta Marcas, Scarta-
bello 30 marcas, militi autem creato de Sulcheto vel, de Jemeldone,
15 Marcas, a Villano occisore statuimus esse persolvendas. Cas:
Mag: Viscie Fol 22.

Pro homicidio

Pro homicidio, postremo duplex pœna irrogatur
et sessio turris decernitur

Item de homicidio Nobilium casuali, quod a diuersis diuersimo
dè refertur casualiter perpetratum statuimus: quod homicidiæ
huiusmodi, pro Capite soluant Centũ uiginti Marcas, et per unum
annum et sex septimanas, uicti iure in turrim deputentur.
nec turris correctionem ullo modo euadant etiamsi cũ amicis occisi
concordiam inierint: siuem talis homicida, timens turris correcti
onem de Regno fugierit, siue possessionatus, siue non, infamis i
pso facto perpetuo, per ministeriales, proclamationibus mediantibus
publicandus. Albertus Petricouiæ 1496 Fol 107.

Pro homicidio, in sui defensione commisso, præsertim in Via
Verum quia contingit sæpenumero, casualem homicidam minime
esse reum homicidij, quod uim ui repellendo euenit: idcirco speci
aliter declaramus statuentes, ad eos ipsos Nobiles, et Nobilium
homicidas, ut cũ quispiam, aut uiã, aut transitũ alterius obsidens
occideret per illum, cuius transitum voluit præpedire, aut euntem
molestare, in tali homicidio, citato homicidæ sex testes sufficiant
se expurganti, et conuictus nõ plus, quam sexaginta Marcas commu
nes, pro capite soluet, sine turri. Albertus Petricouiæ 1496 Fol 107.

De homicidio in Via publica facto.

Sed idem, aut uiæ, aut transitus publici præpeditor, aliũ sub tutela
communis securitatis uiæ, euntem temere interficiens Centum et
uiginti Marcas communiter currentis exoluet, punitionemq; tur
ris sustinebit, ordine prætacto. Idem Ibidem.

De homicidio, in defensione bonorum et
subditorum commisso.

Præterea, tametsi de casuali homicida, in itinere se tuenti,
sic ut supra definiuimus: tamen insuper statuimus: ut alius ho
micida, casualis, aut bona aut sua defendens, si committet homici
dium, licet nõ uoluntarium, nihilominus iure uictus pœna carceris
nõ perpessa, Centum et uiginti Marcas communes, pro occiso exol
uere teneatur. Idem Ibidem.

Pœna contra homicidas a Capit: deferendos est
statuta: siue sint possessionati siue nõ: tamen
ad quinquennium duntaxat durabit.

Homicidia uoluntaria, et notoria, quæ postposito Dei timo
re, accum Nrõ dedecore in Regno Nrõ inoleuerunt (ut a temerariis
omni iustitia

omni Iustitia atq; publica honestate procul pulsa, diversis modis
in diversi ac cuiuslibet status, ordinis, ac dignitatis homines, crebris
vicibus impune prout hactenus, a tempore hinc felicis
Coronationis patrata sunt petiti a Consilianis Regni Status
utriusq; Hungariae, et a terrarum Nuncijs hic ex omnibus terris congre-
gatis, compescere, punire, et removere volentes, de omnium pre-
fatorum Consilianorum voluntate consensu et approbatione, ad quinq;
annos hinc duraturum, tale Statutum condidimus, in omnes casus
vere similiter exercendum; videlicet cum contigerit quod aliquis
homo Nobilem hominem, nobilem domum, sive in strata publica
aut in loco aliquo, dato opere interfecerit promittimus et spon-
demus (vetero Statuto de simili homicidio, tanquam per quem dies Sua
ut premissum est durare debet abrogato) talem homicidam cum
primum apprehendi in cujus Capitaneatu delictus perpetratus fuerit
cum Castellano vel Judice, vel Succamerario eiusdem terre no-
bis requiratur fuerit, sive aliunde ad nram cognitionem venerit, ad
nram presentiam, ubi tunc cum Curia nra felicitor constituti fu-
erimus, literali citatione adducere. Citatio vero ab oblatione
per duos Nobiles et Ministerialem continebit in se terminum
sex hebdomadarum. Cumq; talis homicida coram nobis comparuerit
et de eius facinore nobis (ut premissum est) constiterit eundem
vere similiter carcere turris anno, et sex hebdomadarum spatio
puniemus! et punire promittimus! in primo termino, tanquam
peremptorio, contra ipsum sententia promulgata a quo termino
nequaquam eidem ad terminum, seu districtu appellare licebit. Et
cum homicida (ut premissum est) carceris penam expleverit, teneb-
itur proximis interfecti centum viginti Marcas pecuniarum, pro Ca-
pite in continenti Solvere, aut in bona equivalentia, realem da-
re interfectionem, aut tam diu in Carcere sedere, quam diu non
solverit. Et si contingerit, quod homicida citatus coram Nobis non
compareret, sed fugam possessionatus, bonis suis omnibus per
Nos filo Regio applicandis privabitur, et deinceps erit obligatus,
ad solvendam plenam prefatam, cum in manus inciderit, et cu-
pitus per Nos sufficienter fuerit, et Capitis pretio persolverit
bona sibi per nos relicta restitui debent. Similiter si homicida
impossessionatus, et citatus pro crimine huiusmodi per literas
Nri in Processu ad quas pertinet contumaciter coram Nobis non compa-
ruerit, debet publico edicto intra mensis pronunciari et bonis patrio

Judicari.

judiam, et quicunq; tali fauores prestiterit, ipsum apud se seruando, et secum conuersationem habendo, infamis habendus est tam diu quam diu se non purgauerit, et ea pena puniendus, quam ille ferre de beret. Si uero talis homicida carcere inclusus ibidem moreretur, detenebitur successoribus soluendo pro capite impendere. Capitanei autem, siue oppignorata, siue libera Capitanea habentes, si nobis tales homicidas tempestiue non detulerint, a nobis pena arbitrio punientur, uidelicet cogendo illi, qui oppignorata Capitanea habent, soluere nobis centum Marcas argenti, totiens, quotiens hanc legem circa tales homicidas non fecerint, facturi ipsum. Publicauerint. Liberos autem Capitaneatus priuabimus Capitaneo uero se expurganti proprio iuramento quod ei tale homicidium non constiterit concedemus, ubi id opus esset defensionem. Super homicidio autem, quod alicui se defendendo, uel aliquem committere accidit talem prorsus seruabimus, uidelicet citabimus homicidam ad sententiam nostram, ubi cum uenerit, eundem cum comparuerit juxta qualitatem homicidij committi, et arbitrio nostro judicabimus, seu expurgationem eidem decernemus. Si uero citatus se compareri, ita puniendum declarabimus, ut est in Articulo homicidij uoluntary et Retonij premissum. Signum Crucis 1510 Fol 12.

De homicidiis ante commissis, Superioris
Statuto quinquennali reuocandis.

Decernimus ed, omnia Consiliario et Nuncio consensu et concilio, a tempore felicis nostre Coronacionis, usq; hactenus, omnes homicidas huiusmodi (ut premissum est) modo predicto aggrediendos et puniendos, ne male factis temperare uideamur. Signum Crucis 1510.

Hoc ipsum Superius Statutu, contra homicidas
anno 1523. ad quatuor annos renouatur.

Cum post intermissum Statutum nostrum de homicidiis, in magna audacia et insolentiam, subditi nri acti, passim homicidia, absq; ulla Dei et humanitatis ratione committunt, nec ipsum quisq; etiam in tempus rerum dominus tutus esse potest, uolentes hanc enormem licentiam coercere. Statutu ipsum nostrum in Conuentu Petri quinquennali 1510. contra homicidas editum, sed postea intermissum, in omnibus punctis, et toto eius tenore, uigori et auctoritati pristino restituimus, illudq; ad quatuor annos proxime sequentes, debite executioni demandari uolumus. Signum Petri. 1523. Fol 20.

Cursus anno

Rursus an° 1530 editum etiam Statutum, intra annum exequendum reassumitur: adjuncta in fundo turris Sessiane.

Ad reprimendam licentiosam hominum audaciam, ad peccandum hominem plus nimio promptam, de consensu Senatorum Regni et Nunciorum terrani Statutum super de homicidiario reassumendo, etiam nouum dandum duximus, illudq; exequemur, ad decursum unius anni eo adjuncto. Quod homicidas delatos, et per nos ad pœnam carceris condemnatos, pœnam huiusmodi in fundo turris Sessiane, ad unius anni et sex Septimanarum decursum integre, a quo per nos absolui et liberari debent, nequeant. Capitanei locorum diligenter prouidebunt ne homicidas aliter quam in fundo turris pœnitentiam agant, contendia etiam cum Actore inita, nihil eos juuante contra facientes pœna Centum Marcarum parti Actoree soluenda, multari atq; Capitaneatu ejusdem priuari pertos debebunt. Signum Petricouii 1530 C. I.

Superius Statutum aboletur, et Statutum Regis Alberti, in usum reducitur.

Petierunt a Nobis Nuncij terrani, ut occidendorum hominum pœna non sit eius aspritatis qualis preterito Petricouiensi Statuto circumscripta est. Nos eorum precibus uicti (quando hoc illis ut peterent equum uisum est) decreto anno superiore, Petricouii, de homicidiis de nostra Senatorum et Consiliariorum Regni Nri Sententia facta interdiximus & derogauimus, atq; id ualere uoluimus, quod eadem de re a Serenissimo Joanne Alberto, fratre nostro, olim Rege, fuit constitutum. Signum Cracouiæ 1530.

Homicidia Statuto Regis Joannis Alberti plectantur: tutores pro Capite agant. Palatinus tamen cum Dignitariis in Colloquiis Sententiabuntur. Si in uia, hospitio, domo, uel in templo edita facta sit. Seruus etiam pro Domino punitur.

Quamuis hortatu Senatorum Nostrorum, inter Nuncios Terræ hoc fuit disceptatio orta, ut liceat homicidia uoluntaria et casualia pariterq; in templis, in domibus ue. Commissa expendere, nihilominus postremo in hoc stetit, ut Statutum Regis Joannis Alberti de eo conditum, in robore conseruaret, hoc eidem adjecto. Quicunq; aliquis occiderit per minorem uiæ puerum, tunc tutor, tam in loco ipsius qui Consanguineus

sanguineus, aut cognatus, pro capite occiso agere iuxta Iuris formam
et probandum, quidunq; pueri cum haberent annos discretionis seruiret,
talem quoq; pro capite eodem facere debet, et postea pueris illi de eadem pe
cunia capitis rationem reddere, cum ad annos discretionis peruenerint &c
nebitur. Quod si etiam ille homicida post factum perpetratum homicidij
moreretur priusq; quam ad iudicij attraheretur: tunc pueri, et alij succes
sores eiusdem homicidæ tantum euadunt Sessionem turris, sed ipsi pueri
erit sibi dilatione ad annos discretionis in primo termino, tanquam pe
remptorio, citati pro mercede capitis illi tutori, uel illis quibus pater, uel
consanguineis fuerit occisus respondere tenebuntur. In alijs uero casu
sis, cum pater citatione occupatus moreretur, tunc pueri etiam minorennita
te Sessionem non poterint, sed si pater non fuisset citatus, pueri obtinebunt
dilationem ad annos discretionis iuxta Statuta. Quod si etiam homicida
uiueret, et iure conuinceretur, talis infundo turris sedere debet nemine
excepto: Sine indulgentia illius Capitanei, apud quem ille homicida
poenam huiusmodi sustineret. Et ne postea reus in hac conuictione
euaderet poenam, innocens autem patiatur communiter enim dictior
conuincitur, pauperem dimisso) in hoc casu Palatinus illius terræ, in
qua huiusmodi parricidium perpetratum fuerit cum Castellanis et alijs
Dignitarijs et Officialibus terrestribus scrutari debet de tali homicidio
dico: si quod acciderit cum quis defendendo uitam suam occiderit quem
cum, in uia, in hospitio, uel in domo, de nocentia uel innocentia e
ius secundum inuasionem, uel inuasionem uitæ ejus occisi: et circa
occisionem domini Solus fuit, uel non fuit, et ibidem pro eadem
cognouerit Palatinus cum alijs Dignitarijs et Honoratijs terræ
hos homicidam condemnabunt ad id, quod eius uitæ de iure debetur
hoc est: iuxta decretum probatum per iudicem Aulæ condemnabunt
illum ad turrim. Etenim decernendo probatum Actori cui contrauer
sio partem, quod si ad hoc et tale scrutinium trahetur, ad iudicium
Colloquij remittere tenebitur. Quod si aliquando, circa litem Domini
famulus aliquem occiderit, tunc iuxta Statuta, Dominus debet cui
pari & non seruus. Sigidon Cracouiæ 1542.

De Homicidio innouatur ex Joannis Alberti et
Sigismundi: prescriptio roboratur.

Quia in Regno Nro multa homicidia innouata fuerunt, propterea innouan
do statutum Regum, Joannis Alberti patris et Sigismundi patris
nostri statuimus: Quia unus quisq; homicida, postea quam conuictus
fuerit, annum et sex hebdomadas in fundo turris sedere debet et illos
huiusmodi Sessionem nulli remittere debemus. Quibus autem homici

diis Capitanei, de ea pœna aliquid remitterent, alias Zfolgowaliby ut ex illis pœna iuxta Statutum Serenissimi Parentis Nri 1540. conditum recipiatur. Quod quidem n. solum de hijs, qui tempore Nri Regni homicidia commiserunt, verum etiam et de illis, qui hoc ipsum facinus tempore Serenissimi Parentis Nri commiserunt intelligi debet, tantum ut Iure sint convicti, tamen præscriptio de homicidio in robore conservari debet. Sigismd Augustus Petricoviæ 1550.

Si Kmetho Kmethonem occiderit, quomodo punitur.

Licet antiquitus fuerit observatum, quod Kmetho Kmethonem occidendo solutis tribus Marcis grossorum, a pœna homicidij liberabat, tamen, quia huiusmodi pœna n. sufficiebat, ad debitam delicti correctionem, unde nos statuimus: Quod Kmetho occidens Kmethonem pro pœna homicidij, Castellaniæ, in qua homicidium fuerit perpetratum, quatuor marcas, consanguineis vero sive amicis proximioribus interfecti sex Marcas persolvat. Quisi n. fuerit solvendo et captus fuerit pœna Capitali puniatur. Casimd Visliciæ 1368. Fol 21.

De Kmethone occiso, ac divisione pœnarum.

Si vero quispiam Kmethonem occiderit, decem Marcas solvere teneatur, quarum sex Uxori, seu pueris (si superstites fuerint) et residuæ quatuor Marcæ Domino occisi exsolvant. Si vero occisus fuerit Dominorum duorum, tunc dictæ quatuor Marcæ inter Dominos sunt dividendæ. Idem Ibidem A. Ut supra Fol 22.

Pro Occisis Villanis: in Civitatibus Ius Polonicum est dicendum.

Item statuimus: quod Cives Civitatum Nostrarum, Nobilium et Spiritualium, pro Vulneribus, et homicidio, Ius Polonicum hominibus Villarum Nostrarum, Spiritualium et Nobilium, ministrare tenebuntur. Casimd in Nieszowa 1454. Fol 93.

Ut pro Nobilibus, ita Kmethonibus occisis Ius Polonicum est locandum.

Decernimus: ut deinceps, secundum antiquas Regni Nri Constitutiones, de Occisis seu Vulneratis Nobilibus, aut eorum Kmethonibus in omnibus Civitatibus, et Oppidis Nris Regiis, Spiritualium et Secularium Dominorum, non Iudicium Civile, sed Terrestre, et Polonicum servetur et locetur. Ubi vero Civile Ius fuerit a Civibus, in hac re servatum, pœna quatuordecem Marcarum pecuniæ Cives ipsi, parti solvenda puniantur, Iure Terrestri (totiens quotiens opus fuerit) peremptorie exigenda. Sigismd Augustus Varsaviæ 1557.

Scrutinium, quod

Scrutinium, quod pro homicidio fieri solet, Castellanus cum Judicio Colloquiali facere debet

Scrutinium pro homicidio, post proclamadnem partis, Palatinus quisque in Palatinatu suo facere debet, cum Judicio terre illius. Quod si vero Colloquia ni celebrarent: tum Capitaneus: cum Judicio Terrestri in terminis idem facial. poterit tamen Palatinus Nobilem possessionatu et juratum similiter Capitaneus Vice Capitaneu, in loco sue loare. Et quando per Scrutinium is, qui occidit, demonstrabitur, tum possessionatus, per Regiam Majestatem citari debet. Idem qui supra.

Quando aliquis asserens se Nobilem et non sit Nobilis, occideretur, aut Vulneraberur.

Si quis asserens se Nobilem, et ni existens occideret, talis caput ei debet solui, quando id per Scrutinium probabitur, quod quidem intelligendum est: si pro Capite illius, tanquam pro Nobili proclamad fieret. Et qui pro Capite ejusmodi, jure experiret, talis luet plenam centum Grivnas Marcas, argenti, Sexagenas, annum et Sex Septimanas, plenam in summa tolerare debet. Idem de Vulneribus intelligendum est. Idem Sex:

Prescriptio Agendi pro Capite.

Ut Calumnia malorum hominum evitetur: Consueverunt enim quidam homines litigiosi, calumniose suos innocentes de Crimine homicidij commissi ante multos annos, quod vose accusare cujus probatio, vel expurgatio, propter facti vetustate, haberi non potest undetatibus: Ut si quis de Crimine homicidij aut accusare vel agere contra aliquem: plenam pro Capite sibi Capiens vendicare, et obtinere, ante quam tres anni elabentur, a die Criminis commissi, hoc in Judicio deducat: aliastribus annis elapsis, petenti agenti pro plena Capitis obstabit Prescriptio, et exceptio Prescriptionis. Casim Pillicio 1566 Fol. 91.

§ De homicidio incerto, Castellanus agat. Vide Tit. Castellanus.

§ De homicidio Sacerdotum, Vide Tit. Spirituale.

§ De homicidio Patris, Sororis, consanguinei &c. Vide Tit. Fratres.

§ Quando Plebeius occidit Nobilem aut Vulnerat, qua pena puniendus. Vide Tit. Vulnus.

Impossessionati

Impossessionati Coram Capitaneo respondebunt: ac de eisdem, apud possessionatos arestandi.

Si impossessionatus seu odartus, alias Godowa cuipiam reus esset in aliqua, respondebit cuilibet in Judicio Castrensi pro re qua libet. Item si aliquis Culpabilem, in aliqua Sua impossessiona

tum hominem

tum hominem arestauerit, apud possessionatum (quam arestationem debet cum Ministeriali ueniens) tunc ille possessionatus, tenetur in una Septimana illum impossessionatum, coram Capitaneo Statuere, qui impossessionatus, Statutus coram Capitaneo Fidejussores pro se daturus seu sessurus; quia parebit Juri. Et si idem impossessionatus non esset per possessionatum Statuendus; tunc solus ipse possessionatus respondebit Actori pro re, pro qua impossessionatus est Culpatus. Ex Consuetut: Terrae Cracouien. Fol 122.

Contra impossessionatum, qui arestari non potest, ponendae Citationes in Parochia.

Item si homo impossessionatus non posset arestari, in aliquo loco; tunc in qua Parochia aliquando erat possessionatus, in illa contra eum debet poni Citationes: ubique Ministerialis clamabit. Quod contra talem A. B. impossessionatum, Citationes ponuntur. quae talium Citationum in Parochijs positio, haeredi bonorum illorum, ubi est Parochia, nihil nocere debet. Consuet: terrae Cracouien. Fol: 122.

Impossessionati Jure Victi, nisi illico Satisfecerint et recesserint, capiantur.

Quia uictus tenebitur uictori Satisfacere de euictione, et condemnatis, neque de Judicio prius recedat, nisi Satisfaciat de eo in quo est condemnatus, quidam tamen rebellione, aut inobedientia ducti, nescitur quo animo de Judicio recedunt condemnati, pro debito nullam Satisfactionem aduersarijs impendentes. Quapropter uolumus, quod tales inobedientes de malicia ipsorum commodum non reportent, quin postquam conuicti fuerint in Judicio, ad manus suorum aduersariorum ligati tradantur. Et si in Captiuitate manentes effugerint: a potestate ipsorum sunt liberi et absoluti, ipso facto: et omni debito quod tenentur et obligantur. praeter debitum furti, quod semper condemnati soluere tenebuntur. Casim. Visliciae 1368 Fol 9.

Impossessionati, comprehendendi sunt, Jure uicti.

Qui uero essent impossessionati, per Officium illud Castrense comprehendantur, et in turrim conijciantur: quorum punitio in arbitrio et gratia Nra subsistat. Sigism. Petricouiae 1523 Fol 36.

Incendiarij

Incendiarij et exustores, Jure Polonico, non Ciuili sunt judicandi: et Ecclesiae patrocinium nullum sentiant.

Ex lege Imperiali clara luce nobis constat, quod Incendiarij et exustores domorum, horreorum aut quorumuis bonorum Voluntarij morte Crudeli et turpissi=

Crudeli et turpissima puniant. quibus eā inventis, si ad Ecclesiam effugiant, patrocinium ex hoc nullum debeant obtinere, propter Criminis damnati Sevitiem. Consueverunt enim hactenus huiusmodi malefactores (ut manus Judicū, iustitiam exequi volentium effugiant) ut plurimum in Civitatibus vel Villis Theutonicalibus permanere: ut Actionē contra illos propositam elidant, per Juris Teutonici defensionē, et sic saepius talium malefactorū crimina remanent impunita. Unde de Mostrorū Baronum & Procerū consilio Statuimus: quod accusati de Crimine incendij sive exustionis, etiam inventi in Civitatibus, aut villis Teutonicalibus, extra forū ipsorū trahantur: et Jure Polonico, coram Judice competenti tenebuntur respondere, ac sentiari, seu puniri pœna digna, iuxta Criminis Commissi demeritum. Casim Magn Fol 23.

De Aruipirio & incendio Syluarum

Frequenter solet evenire, quod Nobiles, seu Plebeij, Borra, Syluam, aut Gaium (dictum Zapusta) cuiuscunq ex industria intrantes, aut casu caumate, alias Polarem succendunt: si de hoc per dominum villæ fuerint inculpati, tales n alio Jure, nisi Jure Polonico, sicut incendiarij debent judicari. Et licet honori ipsorū per hoc minime derogetur, nihilominus tamen convicti, si fuerit Kmetso, et n habet unde soluat, redimat saltem vitam, decem Marcis, sicut pro capite plebeij, dari est consuetum. Vladisl: Jagello Crac et Vartæ Fol 47.

Pœna Siedmdziesiąt, hoc est 14. Marcarum pro incendio est decernenda.

Ut itaq certa mensura et regula, de pœna (quæ consuevit Nostro fisco, sive Nræ cameræ applicari) quæ Siedmdziesiąt dicit habeatur Statuimus, quod tantū in quatuor casibus infrascriptis, et n in pluribus Nræ cameræ applicet. Primus casus est pro incendio: ut dum aliquis de incendio accusatus, juxta formam Juris legitime se non poterit expurgare. Secundus casus: ubi aliquis de violentia, seu spolio publicæ stratæ accusatus fuerit, et defecerit in sui expurgatione. Tertius casus: ubi aliquis Judicium Nostrū parvipendens, coram Judicio cultellum vel gladium presumpserit extrahere. Quartus casus: cum aliquis judicatus et condemnatus, iussusq satisfacere, vel sufficientem fidejussoriam cautionem facere contempserit: et de Judicio per suam rebellionē discesserit: n præstita prædicta cautione. Volumus quod prædicta pœna, in præmissis quatuor casibus Nræ Cameræ applicetur. Casim Magn Fol 15.

Fur, latro, Incendiarius, raptor virginum, depopulator, cautionem fidejussoriam facere nolens, capiendus et puniendus. Illo tamen hnē, qui in furto, vel in publico maleficio et: Vlad: Jagello.

Vide Intitu

§ Vide In Titulo Fures.
§ De ijs, qui Syluas incendunt. Vide Titt. Sylua.

Infames qui sunt?

§ Qui de Regno profugi, latrocinia exercent. Vide Titt. Profugus.
§ Qui hæreticis patrocinantur. Vide Titt. Hæreticus.
§ Qui latrones, fures, in domos recipiunt. Vide Titt. Fur.
§ Qui ter in Regestris notati fuerint. Vide Titt. Nobilis
§ Qui præter compurgatores, ad Iudicium ueniunt. Vide Titt. Fur.
§ Infames sunt patricidæ, fratricidæ. Vide Titt. Homicidium
§ Infames sunt omnes, quicunq; perpetratis furtis fugiunt. Vide Fur.
§ Infames sunt, quicunq; quarta uice de calumnia accusati fuerint.
§ Infames sunt qui inuasione, domestica facta e Regno profugiunt
§ Infames sunt omnes, quicunq; raptus conuincuntur.
§ Infames sunt Serui, qui domino jubente maleficos non insequuntur
§ Infamis est seruus, qui tempore Expeditionis bellicæ a domino recesserit Vide Titt. Seruus.
Infames sunt omnes impossessionati, homicidia perpetrantes et citati non comparentes. Vide Titt. Homicidium
Infames sunt omnes, quicunq; Conuentu turbato e Regno profugiunt. Vide in Titt. Comitia.
Infames sunt, quicunq; Officium, uel Dignitatem, contra statutum acceptam, moniti non dimittunt. Vide Titt. Dignitas.
Infames sunt, quicunq; Castra Regni, contra statutum obtinet. Vide Titt. Castra.

Inhibitio

Inhibitiones Spiritualium, ad Secularia Iudicia dandæ non sunt.

Item uiam discordiarum, inter statum Spiritualem et Secularem, occasione Inhibitionum (quas Prælati Spirituales, in Iure Seculari ipsorum literis et Interdictis facere censuerunt) feruentius exortarum exoriundarumq; præcludere Volentes, statuimus: quod deinceps Prælati Spirituales, a talibus Inhibitionibus faciendis penitus cessent, præsertim pro causis, ad Ius Seculare pertinentibus. exceptis causis, Iuri Spirituali Subiectis; de quibus se nullatenus Iudicium Terrestre debeat ingerere. Ioan. Alber. Petri: 1496 Fol. 108.

Qui literas Inhi-

Qui literas Inhibitionis produxit, et Iudex Terrestris aut
Castrensis eas suscepit, penis 14 Marcar puniatur, nisi
forte Regiæ causa aliquis excusetur.

Volumus ut nulla inposterum Inhibitiones ad Iudicia detur
fiatq; in hoc executio Statutorum Regni Hi, et is qui huiusmodi literas
in Iudicio produxerit pena 14 Marcar parti aduersæ puniatur. Similiter
Iudices, tam Terrestres quam Castrenses huiusmodi literis Inhibitionu
in præiudicium partium parentes et sub dantes 14 Marcar pœna plectantur
exceptis causis eorum, qui in seruitiis Regiæ fuerit Regalis: aut ali
quis per Dei exercitu contra hostem Patriæ ea extra Regnu profectus
fuerit. quorum causæ, ad Hi es anni spatiu tanto tempore fuerint
interdicto Hi suspendi poterunt, ius sua declarare Hi per literas
Iudicia facienda. Sigism. Petricouii 1530 A.5.

De Causis Seculariby, in Iudicio Spirituali iudicandis.

Quamuis in Antiquioribus Statutis et Priuilegiis constat ut etiam
Laici, ne Spirituales Iudices arrogarent ipsis, ad Laicu iudi
candi facultatem: tamen cu clamore communi impulsaremur, quia
non obstantibus Constitutionibus antiquis, Seculares personæ plerun
q; euocant ad Spiritualia iudicia pro negotio Seculari, Quapropter Sta
tuimus et decernimus. Quod Iudices Spirituales Seculania iudicia
non exerceant, neq; iudicent in futurum. Alexander Fol 62.

Inhibitiones, ad Commissoriale et Assessoriale
Iudicium, non dabuntur.

Nos uero deputabimus Commissarios Regios, qui faciant limites
ad illorum Iudicium Inhibitionibus Nris non impediemus. Assessores
seu Commissarios, nec etiam Nouiores, post factos limites designabi
mus: Sed quidquid Commissarij Hi decernent, illud ratu et firmum
esse debebit. Porro cu Commissarij Hi conuenient ad locum
limitum: Siue Capitaneus, seu Tenutarius Poterexierit, Siue
non, eduxerit secum aut non ipsi Commissarij nihilominus limites ipsos
prosequi et finire debebunt: Capitanei Hi, ac etiam illius, qui que
ritur de finibus limitum contradictione, seu Motione, et Appel
latione, ac etiam absentia minime obstante. Sigismund 1523 Fol 30.

Quenque Rex Iudicio inhibeat, nisi quis Regiæ causa abiit.

Item Decernimus: quod amodo, et deinceps literæ, Ius et Iustitiam
prohibentes, in grauamen et præiudicium Iustitiam quærentibus
non dabuntur, nec concedentur: nisi illis, qui in bello fuerint,
aut rebus et negotiis Regiæ intenderint: tempore medio, quod hu
iusmodi onera pertulerunt. Casim III Sagelloni Korczyn 1451 Fol 50

Regiæ Hi

Regiæ Inhibitiones sint nullæ.

Item pollicemur: quod n̄ dabimus literas prohibitorias Iustitiæ aut has, per quas posset impediri, aut diferri Iudiciū, in præjudicium alicuius partis, Actoris aut Rei. Quod si aliquando huiusmodi literas de Cancellaria Nr̄a, per importunam alicujus Instantiam, aut quouis modo emanare contigerit: sint eo ipso nullæ: Iudicesq̄ per huiusmodi literas minime judicare sint astricti. Casim in Niezroua 1454 Fol 93.

Cancellaria Inhibitiones ne det.

Literæ autem Iuri contrariæ, intelligant Inhibitiones ad Iudicia quæ emanant absq̄ necessitate Reiplicæ. Alex: Petr: 1504 Fol 119 § Similis. De Inhibitionibus, Iuri communi et Statutis Regni contrarijs, n̄ concedendis, Mandabimus: vt Cancellariæ Nr̄æ præsidentes, in Contrariū Statutorū, illas nemini concedant: et si concesserint, illæ Iuxta Statutorū præscriptū, nullæ censeantur. Sigism̄ Cracouiæ 1532 B. 2.

Inhibitiones ad Iudicia ne dentur.

Quandoquidem de Inhibitionibus sunt Antiqua Statuta: iuxta hæctā Cancellaria Nr̄a, quam Iudiciū, vel Officiū, sese conseruare debent. Quod si aliquod Iudicium, vel Officiū aliter sese conseruaret: extunc pœna Statuti descripta puniri debet. Sigism̄ Aug̃ Petricouiæ 1550.

Inscriptio.

Ætas, discretio, et Valetudo, consideranda, in faciente Inscriptionem.

Notandum, quod Iudicio præsidentes, debent diligenter intendere, et considerare personā, recognoscentem aliquā Inscriptionē: si habeat debitā ætatē aut discretionem bonā, quod si aliter: n̄ suscipiatur Inscriptio. Etiā debent considerare, si est sanus corpore, tunc potest scribi sanus mente et Corpore. Sed si æger corpore existat, compos tamen rationis: prout est in re scribatur: ita videlicet. Æger et languens corpore, sanus tamen mente et compos rationis. Sigism̄ Petrico: 1523 Fol: 44.

Inscriptiones Castrenses euanescunt: si infra annum ad libros Terrestres n̄ transferantur.

In Libris et Iudiciis Castren̄, si quæ inscribent Inscriptiones, aut ex causa, aut necessitate hominū, illæ ad librū Terrestrē transferunt, ante Anni decursum unius. quo decurso, nullius roboris censeantur esse, in libro Castrensi sine translatione relictæ. Albertus 1496, Fol 97.

Inscriptiones transferā

Inscriptiones transferantur;

In primis Statutū Joannis Alberti, quod hactenus n̄ fuit in executione positū de Inscriptionibus in librum Castrensem inductis (ut infra unius anni decursum, ad librum Terrestrem transferant, alioquin nullius roboris esse censeant) approbamus: et in futurum ab omnibus obseruandū decernimus: Volentes, ut si quæ deinceps Inscriptiones, seu Resignaōnes corā Capitaneo factæ fuerint nisi infra unū annum in librū Terrestrē transferant, sint nullius roboris et momenti. Sigismū Cracouiæ 1507 Fol 8.

Pœna trium Marcarum irrogatur ei: qui Inscriptionem Castrensem, ad tempus præfixum non transferat.

Item dum aliquis inscribit alicui, in Judicio Castrensi Inscriptionē, et promiserit inducere, in librum Terrestrē aut Regalem, et n̄ compleuerit ad tempus, prout se inscripsit, succumbens pœnā Judicio trium Marcarū, et totidem parti, istud facere teneatur, quod in Judicio Castrensi Inscripsit. Consuet: Terræ Cracouien Fol 120.

Inscriptiones quæ Corā Capneō Majoris Poloniæ, in Palatinatu Posnaniensi & Calissiensi fiunt, perpetuæ sunt:

Decernimus ad petitionē Nunciorū Majoris Poloniæ, ut resignaōnes, et Inscriptiones, Reformaōnesq; coram Capitaneo Majoris Poloniæ generali, more antiquo fiant, in Palatinatibus Posnaniensi & Calissiensi duntaxat. Sigismū Cracouiæ 1510 Fol 11.

Inscriptiones, coram Officio Castri Siradiensis, et Lanciciensis factæ, sunt perpetuæ:

Inscriptiones et Resignaōnes bonorū, in terra Siradiensi et Lanciciensi coram Judicio et Officio Castrensi factæ, sint firmæ & ualidæ, ac robur perpetuæ firmitatis obtineant, sine quauis introductione in librū Terrestrem. quemadmodum in Capneatu Majoris Poloniæ obseruat. Sigismūd Cracouiæ 1519 Fol 24.

In Terra Gostinensi, tam libri Castrenses, quam Terrestres perpetui sunt.

In terra Gostinen, rationabili quadam rnō adducti, de Consilio Senatorum, et Nunciorum Regni assensu, Constituimus et decernimus; ut non secus Castrenses, quam Terrestres libri, et Inscriptiones in illis factæ, sint authentice, et robur habeant perpetuæ firmitatis, quemadmodū id Antiquitus fuit obseruatum. Sigismū Cracouiæ 1540.

A Cassatione Inscriptionis unus grossus Accipiatur.

Statuimus: ut Notarij Terrestres et Castrenses, a cassatione Inscriptionis, n̄ nisi unum grossū, rnō memorialis, et pro nota exigant: Sub pœnis in Statutis prioribus contra eos Sancitis. Item Ibidem 1532.

Inscriptiones in fraudem factæ, quomodo probandæ.

Sæpe contingit circumueniri Subditos Nros, per Inscriptiones bonorum in fraudem eorundem, et impedimentum Justitiæ, contra delinquentes:

quapropter

quapropter Statuimus: ut cum Actio et lis Judicialiter alicui intenta fuerit pro quouis delicto: si reus ille, de Signando et Inscriptione bonorum in Judicio se tutari voluerit, et si perpetua fuerit Inscriptio, probabit eande Inscriptione per juramentu, et testibus sub conditione paribus: Quod in fraudem partis, aut administrande et Executione Justitiæ, occasione delicti obiecti illam fecerit, si vero ad certu tempus eadem Inscriptio facta fuerit, cum duobus testibus, nullo dolo facta esse, juraibit. Sidem ibidem 1507 Fol. 4.

Si quis alterius nomine Inscriptionem faciat falso.

Quia impunitas magna dedit hominibus in malu propensis, ad falsitates et collusiones admittendas audaciam: ut ne uereant per subditas & subordinatas personas, ut in Judiciis, aut apud libros Terrestres certas requisitiones faciant, nomine eam personam, quas de contingit longius abesse a loco Judicij et procurare; in detrimentu et perniciē ignorantiæ, quā licentiā refrenare volentes, Statuimus: ut omnes tales, ubi Sufficienti testimonio convicti fuerint, pena Statuti de mutatione domus expressa puniantur. Sigism 1530 C. 9.

Procurator Inscriptiones ne faciat.

Statuimus: ut Procurator, sive sit possessionatus sive possessionatus, licet habeat Sufficiens procuratorium: Inscriptiones tamen nec nouas faciat nec de antiquis quietet, nec pecunias tollat Inscriptas, sine presentia sui principalis, seu Actoris. Sigism Petrejouio 1511 Fol. 10.

Inscriptiones lingua Polonica scribi possunt.

Et autem citandi, ita Controversias, Decreta et Inscriptiones, libere et cuilibet Polonica lingua scribere, hoc tamen perpetuu sit, ut tam Inscriptiones Terrestres, quam illa omnia, in loco Judicij presente Judicio Terrestri in Acta Polonica uel Latine inscribantur: propterea q̄ Notarij Terrestres debent adsidere Actis, sub Amissione sui officij. Sigism Cra 1542.

Contra Inscriptiones facta, locus dicendi non relinquitur.

Porro contra Inscriptiones, obligationū, et oppignorationū quascunq; id nullus locus, nulli homini, ne Procuratoribus quidem, audiendu erit reclamare nec quilquā controversiam, aut contradictione, contra eas de mouere aut facere, sed duntaxat eisdem Inscriptionibus satisfacere, et eas de impetere iuxta obligationem tenebit nulla motione Judicij faciendo, pro quibus cum tandem debitis Inscripta, & quacunq; tandem tuitione corroborata fuerint. Sed nec ulla dilatione, aut procrastinatione debitor habebit, quin, si tales cora Certo Judicio demonstraret et allegaret. Quietandi sui, aut Satisfactionis, pro eode debito Inscripta. In tali enim casu, semel ad suos terminos, beneficio dilationis uti debet. Quam quidem Satisfactionem &

nem &

pem & quietationem sui, tenebitur comprobare in futuris terminis, ex eisdem actis, ad quæ se receperit, sub amissione sui & causæ. Sigis: Cal 1542.

Officium ad nullum accedat, ad Inscriptiones sumendas excepto Rege.

